1052

13T

B. 2

B. 2

NUMISMATA
IMPERATORUM ROMANORUM
PRÆSTANTIORA

PER JOANNEM VAILLANT.

TOMUS TERTIUS

Complectens APPENDICEM AUREORUM, & ARGENTEORUM
A Cornelia Supera ad Conſtantinum Magnum uſque,

ET

SERIEM NUMISMATUM MAXIMI MODULI
A Julio Cæſare ad Joannem Palæologum.

EDITIO PRIMA ROMANA

PLURIMIS MAXIMI MODULI NUMISMATIBUS AUCTA.



ROMÆ, MDCCXLIII.
Sumtibus Caroli Barbiellini, & Venantii Monaldini Sociorum in Via lata.

Typis JO: BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

PRÆSIDUM PERMISSU.

PRÆFATIO EDITORIS.

REDDENDA mihi ratio eſt, cur Appendicem ad Nummos Aureos, & Argenteos Vaillantii in hunc locum tranſtulerim, quæ Tomo Secundo ſubdi debuerat, quemadmodum factum fuerat in Appendice altera ad Nummos æreos S. C. percuſſos. Cauſſa non eſt longe petenda. Ex additis Numiſmatibus foliorum numerum ita creviſſe animadverterat Typographus, ut Tomus Secundus longe ſuperaviſſet Primum, & multo magis Tertium, ſi dumtaxat hic Tertius Numiſmata maximi moduli complexus fuiſſet. Ut itaque diligentiæ Typographi, laudique conſuleretur, ad quem ſpectare videtur ita folia, quæ edit, diſtribuere, ut Tomi præter propter pari foliorum numero conſtent, niſi ſecus argumentum poſtulet, Appendix illa huic Tertio Tomo præfixa eſt.

Duo præterea addere, ex quorum additione pretium operi acceſſurum putavi, rota, ut dicitur, currente inſtitui. Unum fuit, Catalogum recudere, quem jampridem *Savotus*, & poſt illum *Baudelotius* concinnaverant, ſed noviſſime inſignis Nummographus *Baro Bimartes de Baſtia* auctum, & diligenter recognitum ediderat ad calcem

operis *la Science des Medailles*. Hic Catalogus ſeriem omnium Romanorum Imperatorum complectitur a Julio Cæſare Imperii Romani auctore ad Conſtantinum Palæologum, ſub quo Imperium Orientale extinctum eſt. Ferme omnes eorum vultus in nummis expreſſi ſunt; & nummi iſti diverſos inter ſe raritatis gradus obtinent, ſive metallorum, in quibus cuſi ſunt, tria genera ſpectes, ſive etiam intra idem metalli genus tres magnitudinum claſſes. Quorumdam Imperatorum nummos fruſtra quæras in ære cuſos, ut Othonis, & Peſcennii latinos, quorumdam aliorum in auro, ut Druſi Tiberii filii, & Peſcennii. Item primæ magnitudinis perraros habes in uno Imperatore, ut in Tiberio, & obvios ſecundæ: contra ſecundæ vix reperies in aliquo, ut in Didio Juliano, non ita primæ. Omnes iſtas diverſitates notatas leges in eo, quem damus, Catalogo. Explicari ſatis nequit, quanto gaudio afficiatur curioſus Numiſmatum Collector, quum nummum aliquem caſu coemptum in Catalogo quærit, & videt raritatis prærogativa gaudere; vel quum emendus adfertur nummus, & ſtatim cernit inter communes recenſeri, quem rariſſimum venditor prædicabat.

Catalogus alter ſeriem Chronologicam exhibet omnium Romanorum Imperatorum ab Imperii exordio uſque ad excidium; ſcilicet a Julio Cæſare ad Conſtantinum Palæologum. Ejus durationis periodus fuit annorum 1501. Si enim numerare incipias ab anno U. C. 705. quo Julius Cæſar Dictaturam aſſumpſit, & ad annum U. C. 2206. quo Conſtantinopolis a Turcis capta eſt, progrediaris, numerus annorum 1501. prodibit. In texendo Catalogo hoc Chronologico uſus ſum auctoribus magni nominis, Petavio potiſſimum, & Tillemontio. Annos Varronianos Urbis conditæ aptavi annis Dionyſianis Chriſti, quam æram nemi-

nem

nem hodie latet quatuor ſolidorum annorum intervallo poſteriorem eſſe æra vera, cujus initium communiori Recentiorum calculo ſtabilitur anno U. C. 749. Coſs. C. Cæſare Auguſto XII. & L. Cornelio Sulla: quo anno Humani generis reparator Chriſtus Dominus natus ſit VIII. Kal. Januarias.

Singulis Imperatoribus breviſſimam notam hiſtoricam adpoſui, tum ut eſſet illa adjumento memoriæ ad diſcernendos inter ſeſe Imperatores, tum ne ſiccus nimis, & jejunus index imperatorius ſolis numeralibus notis definitus conſiſteret. Et quum annorum ſupputationem ab U. C. plerique Chronologi deſerant poſt Chriſti Nativitatem; & faſti Conſulares ab Anonymo digeſti, & a Cardinali Noriſio editi, deducant ad annum Chriſti 354. Coſs. Conſtantio VII. & Conſtantio Gallo III. illam ego produxi ad annum uſque Chriſti 1453. Conſignavi præter ætatis annos, quos Imperatores vixere, annos imperii, quibus regnarunt. Me non monente quiſque intelligit, quorum imperium diuturnius fuit, eorum nummos in majori copia ſupereſſe, atque adeo eſſe obvios, & magis communes. Curavi etiam, ut majoribus characteribus ſculperentur eorum nomina, qui ſive Imperatores, ſive Tyranni ſuam effigiem in nummis excuderunt, minoribus vero, quorum nummis caremus.

Ceterum in hoc Tomo, *Studioſe Lector*, habes Collectionem Numiſmatum maximi moduli, maximam omnium, quæ hucuſque prodierint ex latine loquentibus. Juxta enim Vaillantii methodum Græca omnia omiſſa ſunt, quæ ceteroquin in aliorum Catalogis locum habent.

Qui primus Numiſmata Maxima, vulgo *Medaglioni*, ad ſeriem revocaverit, fuit *Gaſpar Cardinalis Carpineus*. Ex illis *Joſephus Monterchius*, ſeu verius *Joannes Petrus Bellorius* 23. æri ſculpſit, & 45. deſcribenda, & illuſtranda ſuſcepit anno 1679.

Fran-

Franciſcus Camelus anno 1690. indicem vulgavit nummorum omnium, qui in theſauro *Sereniſſimæ Chriſtinæ Svecorum Reginæ* continebantur, inter quos 250. numiſmata maxima recenſentur. Verum Index ille tanta oſcitantia, ne dicam inſcitia, conſcriptus eſt, ut vix ſatis ſit indicandis magnis opibus illius theſauri, minime vero reſerandis, & explicandis. Huic malo conſuluit literata Regina, numiſmata omnia primi, & maximi moduli jubendo excudi in ære a *Petro Santi Bartolo*. Sed vix inde ductis paucis exemplaribus experimenti gratia, & e vivis erepta Regina incomparabili tabulæ illæ æreæ in aliorum manus devenere, & poſtremo in Hollandiam delatæ, non tamen omnes, aliquot malo fato deperditis, prælo ſuppoſitæ ſunt numero 63. Hagæ Comitum anno 1740. cum Commentariis *Sigeberti Havercampi*.

Vaillantius brevibus, & eruditis notis Numiſmata maximi moduli explanavit, quæ collegerat *Abbas Franciſcus de Camps*, ærique ſculpi juſſerat. Hæc Pariſiis edita fuere anno 1695. numero 140. quæ poſtea numero longe majori Regio Pariſienſi theſauro acceſſere. Sed apud *Marchionem Alexandrum Gregorium Capponi*, qui ingentem, atque pretioſam omnis generis antiquariam ſupellectilem merito ſuſpiciendam poſſidet, pluſquam 400. numiſmata maxima ejuſdem *Abbatis de Camps* typis æreis impreſſa, & in unum volumen compacta ſervantur.

Collectio *Carpinea* Numiſmatum maximi moduli iterum prodiit anno 1698. aucta uſque ad 129. numiſmata, a *Petro Santi Bartolo* elegantiſſime æri inciſa, & præclariſſimis Obſervationibus omnigena eruditione refertis a *Philippo Bonarroto*, Senatore Florentino illuſtrata.

Circa finem ſuperioris ſæculi tabulis æreis 41. ſculpta ultra 400. numiſmata maxima ex *Chriſtianiſſimi Regis* ditiſſima gaza publicam lucem adſpexere, in qua nunc pluſquam

quam mille recondi *Baro Bimartes* affirmat t. 1. *Scientiæ Numiſmaticæ pag.* 87. ita ut ex iis ſolis perfici poſſet, quod animo deſtinaverat Andreas Morellius, ad mille numiſmata maximi moduli in tabulis æreis ſcalpere.

Anno 1709. *Muſeum Parmenſe Farneſianum P. Pedruſio* S. J. typorum interprete, atque editionis curatore 160. Numiſmata maxima protulit; inter quæ irrepſere aliquot nummi conturnati rudioris fabricæ, quibus equidem Veteres Nummographi inter maxima locum dabant, ſed in præſentiarum loco cedere coacti ſunt, & peculiarem ſeriem conſtituere, quòd ævo Thedoſiano ludorum potius gratia cuſi fuerint, & vice ſportularum, ut ego opinor, diſtributi, quàm ut eſſent ſeria rerum præclare geſtarum monumenta.

Pulcherrima editio, ſi ſculpturæ elegantiam ſpectes, Numiſmatum maximorum cum hoc titulo *Numiſmata ærea ſelectiora maximi moduli e Muſeo Piſano, olim Corrario* annis elapſis prodiit *Venetiis apud Jo: Baptiſtam Albritium Hieronymi filium*, ut legitur minoribus literis ad imum primæ paginæ, ad quas non advertit Baro Bimartes, opinatus editionem non eſſe loci, neque typographi nomine conſignatam. Conſtat hæc tabulis æreis 92. quibus cœlata ſunt Numiſmata 297.

In muſeo *Patrum Carthuſianorum*, quod Roma Viennam Auſtriæ translatum eſt augendis opibus opulentiſſimi ceteroquin *Theſauri Auſtriaci* nobilis maximorum Numiſmatum ſeries continebatur. Selectiora æri ſculpta ſunt numero circiter 150. quorum vix unum, aut alterum exemplar cernere eſt, typariis in eumdem theſaurum inlatis.

Anno 1736. Venetiis duobus tomis *Muſeum Theupolum* editum eſt. Complectitur illud in ſeptem claſſes diſtributos nummos omnes veteres, quos liberali manu adquiſiverat Senator Venetus eximius *Jo: Dominicus Theupolus*. Sub

Sub quinta claſſe numerantur Numiſmata maxima 258. nullo adpoſito ſchemate, cum nuda, & ſimplici deſcriptione.

Quartum Volumen Muſei Florentini Numiſmata maximi moduli exhibet. Sunt hæc 351. in hunc numerum computatis tamen aureis, & argenteis, minoris formæ, quam ſint ærea. Ex typis Florentinis prodiere commentariis aucta *C. V. Joannis Franciſci Gorii* ejuſdem muſei curatoris diligentiſſimi, interpretis, atque editoris.

Verum celebris inter ceteras editio eſt, quam Romani typi nobis dederunt, Numiſmatum maximorum, quæ ex Muſeo *Cardinalis Alexandri Albani* incredibili cura, & magno ſumptu ab eodem collecta ad Vaticanam Bibliothecam hoc etiam elegantiarum, & monumentorum genere nobilitandam migrarunt. Numerum capiunt trecentorum viginti, ſingula optimæ, & ingenuæ notæ, & tam ſingularis integritatis, ut quæ tot ſæcula numerant, nudius tertius cuſa videantur. *Cajetanus Picinus* ad vivum in ære expreſſit, & Abbas *Rudolphinus Venuti* perpetuis commentariis ſolida, & de ſuo penore deprompta eruditione refertis illuſtravit. Primus Tomus editus eſt anno 1740. & ſecundus ſub prælo ſudat.

Has omnes longe exſuperat præſens noſtra Collectio. Ubi enim Vaillantius in unis Latini nominis numiſmatis maximis ſiſtens, rejectis Græcis, quæ aliorum collectiones augent, & inſpiſſant, ex totius Europæ muſeis corraſis quadringenta quadraginta quinque Numiſmata protulit, numerum equidem ſat ſpectabilem, nos eumdem pene duplum reddidimus. Sunt enim Numiſmata maxima octingenta triginta, quæ præſentem collectionem complent, quam etiam ſchemata ad ſingulos Imperatores adpoſita præſtantiorem Vaillantiana, & inſigniorem conſtituunt.

APPENDIX
AD NUMISMATA PRÆSTANTIORA
Ex auro, & argento
JOANNIS VAILLANTII
A CORNELIA SUPERA ad CONSTANTINUM MAGNUM.

M. CASSIUS LATIENUS POSTUMUS.



POSTUMI nummi ex auro rari ſunt, ex argento obvii. Hujus Imperatoris quemadmodum & Gallieni, & eorum, qui ſequuntur, nummi ex argento longe impuriore conſtant.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. *Caput Poſtumi radiatum, in aliis laureatum.*

CASTOR. *Figura militaris paludata ſtans, dextra equum retinet, ſiniſtra haſtam gerit.*

Similem huic typum habemus in nummo Getæ. Quemadmodum Caſtori moderandi equos peritiam Veteres adſcribebant, ita in eadem peritia Poſtumum excelluiſſe per hunc typum ſignificatur. Hunc, *virum in bello fortiſſimum* appellat Trebellius.

Hic nummus tam ex auro, quam ex argento rariſſimus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum jugata, laureata.*

CLARITAS AVG. *Capita Solis, ac Lunæ jugata.*

Præclariſſimus hic nummus præclaras tum ex genere, tum ex virtutibus partas Poſtumorum prærogativas oſtentat. Et ſicuti inter ignes minores Sol, & Luna micant, ita inter alios Poſtumi patris, ac Poſtumi filii claritas refulget.

Hic nummus aureus elegantia, & raritate inſignis eſt, & ſingularis.

CONCORDIA EQVITVM. *Figura muliebris ſtans, dextra pateram, ſiniſtra temonem, pede dextro proræ navis impoſito.*

Per hanc epigraphen, ſicuti per illas alias in nummis Poſtumi ſignatas FIDES EQVIT. PAX EQVITVM. VIRTVS EQVITVM Poſtumi Imperatoris cum Gallica nobilitate conjunctio, & ſocietas declaratur. Nobiles enim Galli militare in equis conſueverant. *In omni Gallia*, inquit Cæſar l. 6. de bello Gall. *eorum hominum, qui in aliquo ſunt munere, atque honore, genera ſunt duo..... alterum eſt Druidum, alterum Equitum.*

Hic nummus argenteus rarus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum jugata, laureata.*

CONSERVATORES AVG. *Capita Solis, & Lunæ jugata.*

Sol, & Luna idem ſunt ac Apollo, & Diana, ambo numina, quæ a veteribus Ethnicis invocabantur ad valetudinem conſervandam. Iſtis tum ſalutis, tum accepti a militibus imperii conſervationem ambo Poſtumi commendant.

Hic nummus aureus elegantiſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

POSTVMVS PIVS FEL. AVG. *Capita Poſtumorum jugata, laureata.*

Eadem epigraphe. Capita Martis, & Victoriæ jugata.

Poſtumi Martem, & Victoriam conjungunt, eoſdemque ſuos Conſervatores nuncupant, quia bella, quæ ſub Martis auſpiciis gerunt, Victoria duce, felices exitus habitura confidunt.

Hic nummus tam aureus, quam argenteus ejuſdem pretii eſt, ac ſuperior.

FELICITAS AVG. *Capita adverſa Poſtumorum laureata .*

In anteriori parte exhibet hic nummus caput dumtaxat Patris ; in poſteriori vero a dextris caput Patris, a ſiniſtris caput Filii , quæ vix inter ſe differunt . Imperantibus duobus his Auguſtis Felicitate frui ſæculum putabatur .

Hic nummus aureus inter rariores recenſendus .

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum jugata , laureata .*

Eadem epigraphe . Capita duo muliebria pectore tenus ; quod a dextris Victoriam repræſentat cum corona , & palma ; quod a ſiniſtris Pacem cum ramo oleæ .

Symbola adpoſita , videlicet corona, & palma Victoriam procul dubio indigitant , ramus oleæ Pacem . Quid aliud armis quam Victoriam ? quid aliud Victoriis quam Pacem obtinere ſtuduit Poſtumus ? *Vir in bello fortiſſimus , in pace conſtantiſſimus* a Pollione dicitur in ejus vita .

Hic nummus aureus cum rarioribus numerandus .

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum laureata , & jugata .*

FELICITAS TEMP. *Triremis cum quatuor remigibus , & labaro in medio .*

Typus hic repetitus in nummo,cujus epigraphe LAETITIA AVG. & in alio cum epigraphe NEPTVNO REDVCI indicat expeditionem aliquam a Poſtumis ſuſceptam ultra mare , & facile in Britanniam , ex qua victores in Gallias reverſi fuerint .

Hic nummus argenteus rariſſimus eſt .

FORTVNA REDVX. *Templum dyſtilum rotundum , in quo figura muliebris ſedens , juxta quam rota .*

Templum Fortunæ erat fortaſſe in Galliis ejuſdem ſtructuræ, qualis exhibetur in nummo . Redux dicitur Fortuna , quum poſt aliquem vel minus fauſtum , vel ambiguum eventum , proſpere , & læte arridet .

Hic nummus argenteus elegans , & rarus eſt .

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum , ſeu potius Poſtumi , & Herculis laureata , & jugata ; ad pectus cum lorica .*

HERCVLI CRETENSI. *Hercules taurum domans.*
De Hercule Cretenſi, ſive Cretico loquitur Diodorus Siculus lib. 3. Hunc narrat fuiſſe clarum Imperatorem, qui Olympicum certamen inſtituerit.
Hic nummus aureus rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

HERC. DEVSONIENSI. *Templum quatuor columnarum cum gradibus, in cujus aditu ſtat Hercules nudus, clavam humo nixam dextra tenet, leonis exuvias ſiniſtra.*
Deuſona urbs erat primaria Francorum trans Rhenum habitantium. In ea templum erat celebre Herculi dicatum, dicto propterea Deuſonienſi.
Hic nummus argenteus rarus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum laureata, & jugata; ad pectus cum lorica.*
HERCVLI ERYMANTINO. *Hercules humeris aprum ferens; ad pedes a læva vas.*
Notus eſt tertius, ut vulgo dicitur, labor Herculis, quo aprum illum ferocem Arcadiæ agros depopulantem occidit. Aprum in victoriæ ſignum ad inſtar trophæi Hercules ſuper humeros defert.
Hic nummus argenteus elegantia, & raritate conſpicuus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum laureata, & jugata; ad pectus cum lorica.*
HERCVLI IMMORTALI. *Hercules cerberum catenis vinctum trahens.*
Duodecimus Herculis labor fuit cerberum catenis gravatum ex erebo ad ſuperos deferre; ut canit Auſonius,

Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

Laboribus iſtis duodecim immortalitatem ſibi comparaſſe veteres credidere. Herculi immortali in hoc nummo ſe comparat Poſtumus, qui debellatis proximis populis Gallias in libertatem aſſeruerit.
Hic nummus argenteus elegantiſſimus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG *Capita Poſtumorum laureata, & jugata; ad humeros cum paludamento.*

HER-

HERCVLI INVICTO. *Hercules ſtans, pede dextro monſtrum proterit, ſiniſtra clavam, & leonis exuvias tenet.*
Poſtumus in tot nummis, in quibus Hercules repræſentatur, Herculi ſe parem faciens, in hoc Herculis invicti ſibi titulum arrogat, quod ab hoſtibus imperii Romani, ſed a Gallieno ipſo, vinci haudquaquam potuerit.
Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum laureata, & jugata; ad pectus cum lorica.*
HERCVLI LIBYCO. *Hercules Anthæum brachiis comprimens.*
Anthæum Libycum Hercules adgreſſus quum terram quoties attingeret, vidiſſet vires inſtaurare, in aerem ſublatum arcte illum comprimens præfocavit. Poſtumus Gallienum ſæpius inſtaurantem prælia victum tandem ex omnibus Galliis ejecit, & ad aliò arma ferenda coegit.
Hic nummus aureus rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

HERCVLI MACVSANO. *Hercules nudus ſtans, dextra poſt tergum reducta, ſiniſtra clavæ rupi impoſitæ innititur, qua leonis exuvias præfert.*
Macuſani Herculis fanum, pagus Scaldiæ inſulæ eſt circa Scaldis fluvii oſtia, hodie Weſtcappel. Hunc nummum explicat Triſtanus t. 3. quem videſis.
Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

HERCVLI PACIFERO. *Hercules nudus ſtans, ramum elatum dextra, clavam cum leonis exuviis ſiniſtra.*
Poſt plura prælia cum Gallieno commiſſa, Gallieno ad alia bella adverſus Scythas Aſiam omnem vaſtantes evocato, Poſtumus pacem Galliis obtinuit, quam ſua virtute partam, non Gallieni ultro recedentis abſentia, per typum Herculis Paciferi indicatam voluit.
Hic nummus tam aureus, quam argenteus rariſſimus eſt.

POSTVMVS AVG. *Poſtumus capite radiato ad pectus cum leonis exuviis, dextra geſtat clavam humero dextro impoſitam.*
HERCVLI ROMANO AVG. *Arcus, clava, & pharetra.*
Similem epigraphen, & typum habemus in Commodo. Tot cognomini-

minibus Herculis propriis voluit Poſtumus in ſuis nummis compellari, ut Gallicam gentem ſibi devinciret, apud quam Herculis cultus frequentabatur. Hinc inferri poteſt duo illa capita jugata, quæ in anteriori pagina tot nummorum Poſtumi adparent, non eſſe Poſtumorum, patris nempe, & filii, quum hunc ſciamus longe juniorem patre fuiſſe; ſed Poſtumi, atque Herculis, quem Monetarii Imperatori blandientes cum iiſdem, ac Poſtumi oris lineamentis finxerunt. Fruſtra itaque nummos Poſtumi filii quæras, quos cum vultu juvenili, & fortaſſe imberbi, qui Poſtumum juniorem magis deceret, nuſpiam reperies.

Hic nummus argenteus rariſſimus, & elegantiſſimus eſt.

INDVLG. PIA POSTVMI AVG. *Imperator togatus ſedens in ſella curuli, dextram porrigit figuræ muliebri in genua provolutæ.*

Figura muliebris genuflexa Gallia eſſe videtur, erga quam Poſtumus, dum aliquam liberalitatem exercuit, vel condonando tributa, vel minuendo vectigalia, vel remittendo reatum aliquem, pie indulgentem ſe præbuit.

Hic nummus ex auro rarus, & elegans eſt.

LIBERALITAS AVG. *Imperator in ſuggeſtu ſedet a ſiniſtris, adſtante a dextris liberalitate, & a ſiniſtris Præfecto Prætorii, & alia figura ad gradus ſtante.*

Credibile eſt, quum primum Poſtumus ab exercitu declaratus eſt Imperator, juxta aliorum Imperatorum conſuetudinem, ut ſibi plebem conciliaret, congiarium tum populo, tum militibus diſtribuiſſe. Hæc fortaſſe unica liberalitas Poſtumi fuit, quum hæc nulla nota numerali conſignata ſit, nec aliæ poſt hanc in nummis occurrant.

Hic nummus aureus inter rariores collocari meretur.

MERCVRIO FELICI. *Mercurius ſtans nudus cum pallio in ſiniſtrum brachium rejecto, retroſpiciens, crumenam dextra, ſiniſtra cornucopiæ.*

Mercurium colebant Galli & ut artium inventorem, & ut itinerum ducem, & ut mercaturarum fautorem, teſte Julio Cæſare lib.6. de bello Gall. Alluditur in hoc nummo ad virtutes civiles, quibus Poſtumus excellebat. Valerianus apud Pollionem eum vocat *virum*

rum digniſſimum ſeveritate Gallorum, præſente quo non miles in caſtris, non jura in foro, non in tribunalibus lites, non in curia dignitas pereat, qui unicuique proprium, & ſuum ſervet.
Hic nummus argenteus elegans, & rarus eſt.

MINER. FAVT. *Minerva ſuccincta gradiens, ramum elatum tenet dextra, ſiniſtra haſtam, & ſcutum.*
Tantæ reputabatur virtutis, & ſapientiæ Poſtumus, ut Gallienus filii ſui Cornelii Salonini adoleſcentis educationem ei commendaverit, illum eligens, teſte Pollione, *quaſi cuſtodem vitæ, & morum, & actuum imperialium inſtitutorem*. Minerva porro ſapientiæ, & fortitudinis Dea apud Ethnicos erat.
Hic nummus argenteus inter rariores locum habet.

PACATOR ORBIS. *Caput Solis comatum, & radiatum.*
Victis Germanis, & ad ripas Rheni conſtructis caſtris pro ſecuritate Galliarum, Poſtumus appellatus eſt Pacator Orbis, non ſecus ac Hercules, cujus virtutem æmulabatur, a Seneca dicitur, *ſed tu domitor magne ferarum, Orbiſque ſimul Pacator ades.*
Hic nummus argenteus inter rariores recenſendus.

PIETAS AVG. *Figura muliebris ſtans, cum duobus puerulis ad pedes, & duobus aliis ad ulnas.*
An hic typus ſymbolum pietatis ſit, quo oſtendatur Principis caritas erga pauperes liberos; an vero tot filiorum ipſe parens fuerit, in numerum fortaſſe vocato Salonino filio Gallieni, alii judicent.
Hic nummus aureus rarioribus adnumerandus.

P. M. TR. P. X. COS. V. P. P. *Imperator capite laureato ſtans, dextra elata tenet ramuſculum, ſiniſtra ſceptrum.*
Poſtumum imperium tenuiſſe in Galliis per annos ſeptem tum in vita Gallieni, tum in vita ipſius Poſtumi Trebellius Pollio luculenter tradit. Contra in hoc argenteo nummo, cui conſonant duo alii cum diverſis typis, adſignatur Poſtumo tribunitia poteſtas decima conjuncta cum conſulatu quinto, quæ ſaltem novem annos imperii tribuit Poſtumo completos, & decimum inchoatum. Nummi certiores teſtes ſunt, quam ſcriptores. Sed Eutropius pariter per decem annos imperaſſe ſcribit.
Hic nummus argenteus rarus eſt.

PO-

POSTVMVS AVG. *Caput Herculis nudum a fronte, vel Poſtumi, ut aliis viſum eſt.*

POSTVMVS AVG. *Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum lorica.* Herculi Poſtumum ſe comparaviſſe, ſupra dictum eſt, atque adeo ex duobus capitibus jugatis alterum eſſe Poſtumi, & alterum Herculis. Hoc præſenti nummo id confirmari evidens eſt; neque enim idem caput Poſtumi in duplici facie nummi exhiberi credibile eſt.
Hic nummus aureus præſtantiſſimus eſt.

RESTIT. GALLIARVM. *Imperator laureatus, & paludatus ſtans, dextra ſublevat figuram muliebrem procumbentem, ac cornucopiæ gerentem.*
Gallias Poſtumum imperio ſuo tenuiſſe, atque adverſus Germanos, alioſque conterminos acriter defendiſſe, & Gallieni exercitum repuliſſe ex Scriptoribus ſatis conſtat.
Hic nummus argenteus inter rariores recenſendus.

REST. ORBIS. *Imperator ſtans, figuram genuflexam ſublevat, haſtæ nititur ſiniſtra.*
Reſtitutor Orbis Poſtumus prædicatur per nimiam adulationem. Gallias quidem præſidiis firmavit, & ab hoſtium adgreſſionibus opportune communivit; ſed Galliarum provinciæ quota pars erant Orbis Romano imperio ſubjecti?
Hic nummus tam aureus, quam argenteus de rariorum numero eſt.


SALVS PROVINCIARVM. *Rhenus bicornis jacens cubito ſiniſtro urnæ innixus, ſiniſtra arundinem tenet, anchoram dextra.*
Rheno ad utramque ripam caſtris, & arcibus communito optime Poſtumus provinciarum Galliæ ſaluti proſpexerat. Trebellius de illo narrat ſic: *ſiquidem nimius amor erga Poſtumum omnium erat in Gallica gente populorum, quod ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſet imperium.*
Hic nummus ex auro, & ex argento rarus eſt, & elegans.

VIC. GERM. P. M. TR. P. V. COS. III. P. P. *Imperator paludatus ſtans, dextra globum, ſiniſtra ſpiculum inverſum: pone ſtat Victoria coronans Imperatorem.*
Plures de Germanis victorias Poſtumum reportaſſe tum Pollio aſ-

ſerit

ſerit per ea verba ſuperius commemorata, *ſubmotis omnibus Germanicis gentibus*; tum quia nuncupatus fuit *Germanicus Maximus* in lapidibus inſcriptis, non ſecus ac Gallienus in nummis.
Hic nummus tam ex auro, quam ex argento rariſſimus eſt.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. *Capita Poſtumorum, ſive potius Poſtumi, & Herculis, laureata, & jugata.*
VIRTVTI AVG. *Capita Poſtumorum, ſive potius Poſtumi, & Martis, jugata, aliud laureatum, aliud radiatum.*
Poſtumum ob egregiam virtutem bellicam, & militarem fortitudinem comparatum eſſe Herculi, & Marti ſuperius diximus. Verum cum eadem epigraphe, vel cum parum diverſa VIRTVS AVG. in nummis argenteis & Mars inſculptus cernitur, & Hercules, qui de rariorum numero ſunt.
Hic nummus aureus eximiæ raritatis eſt.



MACRIANI Patris nummi non reperiuntur; MACRIANI Filii ex auro nondum viſi ſunt; ex argento inter rariores numerantur.

IMP. C. FVL. MACRIANVS P. F. AVG. *Caput Macriani junioris radiatum; ad pectus cum lorica.*

INDVLGENTIAE AVG. *Figura muliebris ſedens, dextra pateram, ſiniſtra haſtam: a dextris in area ſtella.*

Quum Macrianus ad imperium poſtularetur a militibus, & ipſe ſenex, dives, & delicatus ſe imparem tanto oneri intelligeret, Macriano filio, & Quieto alteri filio natu minori imperium tradi conſenſit. Ea occaſione militibus duplex ſtipendium dare de ſuo conſtituit, Pollione teſte; quod ejus Indulgentiæ acceptum nummus præſens refert.

Hic nummus argenteus inter rariores, & elegantiores eſt collocandus.

ROMAE AETERNAE. *Roma galeata inſidet thoraci, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam.*

Macrianus ab Orientis militibus ad imperium evectus, relicto Quieto in Oriente, ut Romanas urbes adverſus Perſas, ſi quod auſi eſſent, tueretur, ipſe Romam pergere contra Gallienum ſtatuit. Ut ſibi autem Romanum populum demereretur, typum Romæ æternæ in nummis ſignari voluit.

Hic nummus argenteus raritate ſuperiorem exuperat.

SOLI

SOLI INVICTO. *Sol capite radiato nudus ſtans, pallio in ſiniſtrum brachium rejecto, dextra elata, ſiniſtra globum tenet: a dextris in area ſtella.*

Soli invicto vota facit Imperator, ut ſibi ad imperii regimen capeſſendum proſper adſit. Vel potius ex oriente ad occiduas plagas Gallienum ex ſolio deturbaturus ipſe pergens, ſe Soli invicto animoſe, & ſuperbe comparat.


Hic nummus ex argento rariſſimus eſt.

VICTORIA AVGG. *Victoria ſiniſtrorſum gradiens, lauream dextra, palmæ ramum ſiniſtra.*

In augurium Victoriarum, quas ſibi Macrianus de Gallieno, & Quietus de Perſis pollicebantur, cuſus eſt hic nummus. Spes tamen illos fefellit, primo a Domitiano præfecto Illyrici, & altero ab Odenatho Gallieni partes in Oriente gerente, interfectis.

Hic nummus argenteus rariſsimus eſt.





QUIETI nummi ex auro non exiſtunt, ex argento inter rariores recenſentur.

IMP. C. FVL. QVIETVS P. F. AVG. *Caput Quieti radiatum.*

AEQVITAS AVGG. *Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, cornucopiæ ſiniſtra.*

Communes ſunt utrique fratri, Macriano, & Quieto typi nummorum iis imperantibus cuſorum. Æquitas Auguſtorum in hoc nummo celebratur, per quam ſua ſuis pari jure reddenda per ipſos fore promittitur.

Hic nummus ex argento rarior eſt in Quieto, quam in Macriano.

FORT. REDVX. *Figura muliebris clypeo inſidens, dextra baculum inclinatum tenet, ſiniſtra cornucopiæ: in area ſtella.*

Novus hic Fortunæ typus, proſpere abſolutis bellis, Fortunam ſedere, & quaſi immobilem requieſcere, dona pacis, fertilitatem, & abundantiam ſpondentem exhibet. Ita ſibi blandiebatur Quietus initio imperii; ſed Odenathus revertentem fortunam retro ire, Baliſta impellente, coegit.

Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

SPES PVBLICA. *Figura muliebris ſtans, dextra florem, ſiniſtra veſtem ſuſtollit.*

Primùm ad imperium accedentes ſpem recti regiminis, & populorum felicitatis procurandæ de ſe in omnibus excitabant. Hanc ſpem populi priorum principum pertæſi facile arripiebant. Hinc typus hic frequens in Cæſaribus, & in novis principibus imperatoriam purpuram induentibus.

Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

LÆ-



LÆLIANI nummi ex auro, & argento omnium tyrannorum, qui per hæc tempora regnarunt, rariſſimi ſunt.

IMP. C. LAELIANVS P. F. AVG. *Caput Læliani radiatum, cum lorica ad pectus.*

TEMPORVM FELICITAS. *Figura muliebris decumbens, dextra ramum tenet: infra cuniculus.*

Typus hic Hiſpaniæ convenit, ut in nummo Hadriani cum inſcriptione HISPANIA. Fortaſſe vel originem ſuam ex Hiſpania indicare voluit Lælianus, vel per ipſius imperium Hiſpaniam felicem futuram augurabatur, quod ab epigraphe ſignificari videtur.


Hic nummus aureus inſignis elegantiæ, & raritatis eſt.

VICTORIA AVG. *Victoria dextrorſum gradiens, lauream dextra, palmæ ramum ſiniſtra.*

Læliani victoria alia non eſſe potuit, quam illa, de qua loquitur Pollio: *hujus rebellione*, inquit, *in Gallia Poſthumius vir omnium fortiſſimus, interemptus eſt.* Germanos etiam a Rheno ſubmoviſſe, & caſtra ab iiſdem diruta Lælianum inſtauraſſe idem Pollio teſtatur.

Hic nummus argenteus raritatis eſt ſingularis.

VI-



VICTORINI ſenioris nummi ex auro rariores ſunt, quam ex argento.

IMP. CAES. VICTORINVS P. F. AVG. *Caput Victorini laureatum, barba promiſſa.*

ADIVTRIX AVG. *Figura muliebris pectore tenus, ſiniſtra arcum, dextra ſagittam pharetra retro pendente educit.*

Hanc eſſe Dianam typus aperte oſtendit. Hanc invocat Victorinus, ut ſibi auxilium ferat in expeditione, quam adverſus Gallienum parabat.

Hic nummus aureus ſingularis elegantiæ eſt.

COMES AVG. *Victoria ſtans, dextra coronam, ſiniſtra palmam.*

Victoriam comitatam eſſe arma Victorini innuit Pollio, quum refert Poſtumum ſeniorem auxilia quærentem, ut Gallieno reſiſtere poſſet, Victorinum elegiſſe *virum militaris induſtriæ*, & in ſocietatem imperii vocaviſſe.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

DIVO VICTORINO PIO. *Caput Victorini radiatum.*

CONSECRATIO. *Aquila alis expanſis roſtro coronam tenens.*

Victorinum a militibus conſecratum fuiſſe nummus docet. Milites ad id Victoria ejuſdem mater induxit, quæ tanta auctoritate valuit apud exercitus, ut ab illis mater caſtrorum appellaretur, & poſt filii, ac nepotis mortem, quos ipſa vellet, Imperatores recipere, cogeret.

Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

IN-

INVICTVS. *Sol nudus pallio a tergo volitante dextrorſum graditur, dextra elata, ſiniſtra flagrum; a dextris in area ſtella.*
Invictum paſſim Inſcriptiones antiquæ Solem prædicant, in cujus honorem ludos magnificentiſſimos Julianus celebravit. Hoc Solis attributum ſibi vindicat Victorinus, non abſque aliqua ad ſuum nomen alluſione.
Hic nummus argenteus de rariorum numero eſt.

IOVI STATORI. *Jupiter nudus ſtans, haſtæ nititur dextra, fulmen ſtringit ſiniſtra.*
Jovi Statori ſignatus eſt præſens nummus, vel quod Victorini aciem inclinantem, ac fugientem Jupiter ſtiterit, vel quod ab Jove imperii ſibi delati firmitatem, & præſidium novus Auguſtus imploret.
Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

LEG. IIII. FLAVIA P. F. *Duo leones ex adverſo ſtantes, & ſupra in area caput galeatum.*
Hæc legio a Veſpaſiano conſcripta fuit ex Dione, *quartam in Syria Flaviam*. Hanc vidimus in Gallieno cum typo leonis pedibus anterioribus aſſurgentis. Hæc prodit in Victorino cum typo duorum leonum ſtantium. Caput illud galeatum fortaſſe Palladis eſt, quam gens Flavia præ ceteris Diis colebat.
Hic nummus aureus ſingularitatis eximiæ eſt.

LEG. XXX. VLPIA PIA F. *Jupiter ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra fulmen tenet, & capricornum reſpicit.*
Legionem hanc a Trajano conſcriptam Gallienus in ſuis nummis repræſentavit. Hanc eamdem mutato typo Victorinus expreſſit. Duæ hæ legiones IIII. & XXX. a Gallieno, cujus impuriſſimos mores averſabantur, ad Victorinum defecerant.
Hic nummus aureus in eodem pretio eſt, ac ſuperior.

P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. *Imperator Pontificis habitu ad tripodem ſacra faciens.*
Victorinus tertiam tribunitiam poteſtatem, ſive tertium imperii annum iniit anno Chriſti 267. Paulo poſt ab Atticiano Actuario interfectus fuit.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

SAE-

SAECVLI FELICITAS. *Figura muliebris ſtans, ſiniſtra puerulum geſtat, dextra pectori admota, pede ſiniſtro proræ navis impoſito; a dextris pro pedibus navis gubernaculum.*

In hoc typo Fortuna Primigenia repræſentari videtur, in cujus gremio Jupiter puer *mammam appetens*, ut inquit Tullius, ſedebat. Locum autem Jovis Victorinus puer obtinet, qui ſub Fortunæ Primigeniæ tutela a patre Auguſto collocatur, mox Cæſar declarandus. Inde ſæculi felicitas ſperanda.

Hic nummus tam aureus, quam argenteus eximiæ raritatis eſt.

VICTORIA AVG. *Victoria dextrorſum gradiens, dextra laurum, ſiniſtra palmam.*

De qua Victoria intelligendus ſit nummus de obtenta, an fortaſſe de obtinenda, latet. Pugnavit Victorinus ſimul cum Poſtumo adverſus Gallienum, deinde adverſus Lælianum. Sed & in Germanos arma moviſſe id ſuadet, quod illi imperii fines ſæpius adgrediebantur Romanis legionibus ſemper infenſi.

Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

VIRTVS AVG. *Figura militaris ſtans galeata, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum terræ innixum.*

Virtutum Victorini præconium recitat Trebellius ex Julii Ateriani libris. *Victorino . . . neminem exiſtimo præferendum; non in virtute Trajanum, non Antoninum in clementia, non in gravitate Nervam, non in gubernando ærario Veſpaſianum, non in cenſura totius vitæ, ac ſeveritate militari Pertinacem, vel Severum.*

Hic nummus argenteus inter rariores eſt collocandus.

VOTA AVGVSTI. *Capita Martis, & Dianæ jugata.*

In alio. *Capita Apollinis, & Dianæ adverſa.*

Votum vovit Victorinus ambobus Numinum paribus, ſub quorum tutela degiſſe videtur, ut opi ei eſſent, quoties in bellis gerendis opus fuiſſet, & in ea temporum calamitate, quum peſtis per omnes Imperii Romani provincias graſſaretur, incolumitatem adferre vellent, & ſalutem.

Hi nummi aurei raritatis ſunt eximiæ, & ſingularis.

VI-



VICTORINI junioris nummi ex argento rariſſimi ſunt, ex auro non conſpiciuntur.

IMP. C. PIAV. VICTORINVS P. F. AVG. *Caput Victorini junioris radiatum, cum lorica ad pectus.*

AEQVITAS AVG. *Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.*


Eadem eſt epigraphe, & typus, ac in Patre. Vultu tamen ſenior, & junior inter ſe diſcernuntur; vultus patris gracilior eſt, & cum barba promiſſa, filii autem ſucculentior, & juvenilis, ſine barba, & cum lanugine tantum ad genas. Pollio hunc renunciatum fuiſſe Cæſarem eadem hora, qua pater interemptus eſt, & ſtatim a militibus occiſum narrat. De qua re dubitationem ingerunt nummi cum titulo Auguſti; quando potius dubitare nolimus de ipſis nummis non filio cuſis, ſed patri: quum idem vultus ſæpe in nummis ſub diverſa forma ſcalptus conſpiciatur.

Hic nummus argenteus, quando Victorini junioris ſit, præſtantiſſimus eſt, & ſingularis.

PAX AVG. *Figura muliebris ſtans, ramum oleæ dextra, haſtam tranverſam ſiniſtra.*

Hunc alium typum pariter communem patri tanquam filii proprium recitat Mediobarbus. Redit eadem ratio dubitandi. Fortaſſis Victorini ſenioris eſt, non junioris.

Hic nummus argenteus, ſi ad Victorinum juniorem pertinet, rariſſimus eſt, & ſingularis.



MARII nummi ex argento rari ſunt, ſed ex auro rariſſimi.

IMP. C. M. AVR. MARIVS P. F. AVG. *Caput Marii laureatum.*
CONCORDIA MILITVM. *Duæ dextræ junctæ.*
Qui typus concordiam maritalem in ſuperioribus Auguſtis ſignificabat, hic concordiam inter milites, & Imperatorem ſignificat. Marium, ex fabro ferrario, militem fortiſſimum, ſuaſu Victoriæ matris Victorini, fœminæ magnæ inter exercitus Gallicanos auctoritatis, milites ad imperium extulerunt.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt, argenteus dumtaxat rarus.

FELICITAS AVG. *Figura muliebris ſtans, caduceo oblongo nititur dextra, cornucopiæ geſtat ſiniſtra.*
Felicitas recte exprimitur per caduceum, qui eſt ſymbolum Pacis, & per cornucopiæ, quod omnium rerum abundantiam ſignificat. Felix Princeps ille eſt, qui eſt auctor pacis, & abundantiæ procurator. An talis fuerit Marius, ſcriptores non tradunt.
Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.


SAEC. FELICITAS. *Figura muliebris ſtans, dextra elata caduceum tenet, ſiniſtra cornucopiæ.*
Quæ felicitas ſæculum proſperavit ſub Imperatore, cujus breviſſimum fuit imperium? Pollio vix triduum regnaſſe affirmat, a gregario milite enſe confoſſum.
Hic nummus argenteus rarus eſt, aureus vero longe rariſſimus.

VIR-

VIRTVS AVG. *Figura militaris galeata ſtans, clypeum humo impoſitum tenet dextra, haſtæ adnititur ſiniſtra.*

Si robur corporis vocandum ſit Virtus, maxima dicenda eſt Virtus hujus Imperatoris, qui ex Trebellio *carra venientia digito ſalutari repuliſſe dicitur, & fortiſſimos quoſque uno digito ſic affixiſſe, ut quaſi ligni, vel ferri obtuſioris ictu percuſſi dolerent.*

Hic nummus ex argento inter rariores recenſendus eſt.




AUREOLI nummi ex auro rariſſimi ſunt, ex argento non extant.

IMP. M. ACIL. AVREOLVS P. F. AVG. *Caput Aureoli radiatum, ad humeros cum paludamento.*

PROVIDENTIA AVG. *Figura muliebris ſtans, dextra ſceptrum, ſiniſtra columnæ innixa cum cornucopiæ: ad pedes globus.*

Sceptrum indicat Imperatoriam potentiam; columna, cui mulier innititur, immobilitatem, & ſecuritatem; cornucopiæ frugum, cunctarumque rerum affluentiam; globus Imperii Romani amplitudinem, qua univerſum orbem complectebatur.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt, & ſingularis. Hunc Triſtanus refert: an genuinus ſit, viderint, qui tractaverint.



CLAU-



CLAUDII GOTTHICI nummi ex auro rariſsimi ſunt; ex argento non obvii.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. *Caput Claudii radiatum.*

ADVENTVS AVG. *Imperator eques, dextra elata pacificatoris habitu, ſiniſtra haſtam tranſverſam.*

De adventu Claudii in Italiam puto nummi epigraphen, & typum loqui. Pugnaturus enim contra Aureolum in Italiam deſcendit, eumque apud Mediolanum ad deditionem compulit, & militibus neci tradendum permiſit. De ejus enim adventu Romam Trebellius non loquitur.

Hic nummus argenteus inter rariores locum habet.

IMP. C. M. AVR. CLAVDIVS P. F. AVG. GERM. GOTTHICVS. *Caput Claudii laureatum.*

AEQVITAS AVG. *Figura muliebris ſtans (dextra bilancem) ſiniſtra cornucopiæ.*

Mediobarbus omiſit adnotare eam figuram dextra tenuiſſe bilancem, quæ omiſſio minus recte convenit typo Æquitatis. Hanc virtutem affectarunt inſculpi nummis omnes Imperatores, etiam Tyranni, ut quod imperium injuria arripuerant, viderentur jure tenere.

Hic nummus aureus rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

DIVO CLAVDIO GOTTHICO. *Caput Claudii radiatum.*

CONSECRATIO. *Ara, ſupra quam ignis accenſus.*

Claudium peſtilentia ſublatum tertio ſui imperii anno Senatum inter

Divos

Divos retuliſſe tum ex iis verbis Pollionis, *quo ad Deos, atque ad ſydera demigrante*, tum ex hoc nummo palam fit.
Hic nummus argenteus inter rariores numerandus.

CONSER. AVG. *Serapis cum modio ſtans, dextra retrorſum protracta, haſtam gerit ſiniſtra.*
Serapis numen Ægyptium Romæ templum habuit, habituſque eſt idem, ac Æſculapius. Claudio morbo laborante vota nuncupata ſunt Serapidi, ut Auguſtum ſalvum reſtitueret.
Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

DIANA LVCIF. *Diana ſiniſtrorſum gradiens, utraque manu facem accenſam tenet.*
Diana Lucifera in nummis Auguſtarum paſſim legitur, ubi ad faciliorem liberorum partum invocatam fuiſſe intelligimus. In nummis vero Claudii, ejuſque fratris Quintilli Diana invocari videtur, ut ſalutarem opem ferat ægris, Auguſtis præſertim, quo tempore a devictis Gotthis peſtis per Romanos exercitus propagabatur.
Hic nummus aureus, & argenteus rariſſimus eſt.

IMP. C. M. AVR. CLAVDIVS GER. GOTHICVS. *Caput Claudii laureatum, cum paludamento ad pectus.*
INVICTVS AVG. *Caput ejuſdem Claudii galeatum, ad pectus cum paludamento.*
Invicti nomen jure datum eſt Imperatori Claudio poſt devictos Gotthos. *Trecenta viginti millia barbarorum in Romanum ſolum armati venerant*, ut ſcribit Pollio. *Hos Claudius ingenita illa virtute ſuperavit, hos brevi tempore attrivit: de his vix aliquos ad patrium ſolum redire permiſit.*
Hic nummus aureus elegantiæ, & raritatis eſt ſingularis.

IVVENTVS AVG. *Hercules nudus ſtans, dextra clavæ humo impoſitæ innixus, leonis exuvias ſiniſtra defert.*
Juventus Dea erat apud Romanos, quæ Hebe a Græcis dicebatur, templum habens ad Circum Maximum. Huic, quemadmodum, & Herculi grates egiſſe videtur Claudius per hunc nummum ob relatas victorias, ſicuti & Romanos inſimul hæc duo numina olim coluiſſe Livius teſtatur l. 22. *Romæ quoque & lectiſternium Juventæ,*

ventæ, *& ſupplicatio ad ædem Herculis indicta*. Perperam de Claudio epigraphen intelligas, quum Claudius 56. annos ageret, quum interiit, & tres tantum annos imperaverit.
Hic nummus argenteus rariſſimus eſt.

MARS VLTOR. *Mars ſiniſtrorſum gradiens*, *dextra poſt tergum reducta*, *ſiniſtra trophæum geſtat ad ſiniſtrum humerum*.
Marti ultori templum erexerat Auguſtus. Huic ſe ſimilem facit Claudius. Juſtis Rempublicam ultus eſt armis tum expellendo tyrannos, tum perimendis Romani nominis hoſtibus. *Nec ſola de hoſte victoria*, inquit Trebellius, *ſed etiam vindicta præſumpta eſt*.
Hic nummus argenteus rarus eſt.

NEPTVN. AVG. *Neptunus nudus ſtans pallio in brachium ſiniſtrum rejecto*, *delphinum ſuſtinet dextra*, *ſiniſtra adnititur haſtæ*.
Claudius Neptunum ſculpi in nummis juſſit ob navalem illam victoriam, quam de Gotthis reportavit, in qua ingentem navium claſſem delevit. *Duo millia navium merſimus*, ſcribit Claudius Brocco apud Pollionem; *tecta ſunt flumina ſcutis*; *ſpathis*, *& lanceolis omnia littora operiuntur*.
Hic nummus argenteus cum rarioribus collocandus.

REQVIES OPTIMOR. MERIT. *Imperator velatus*, *& togatus ſedens in ſella curuli*, *dextram expanſam attollit*, *ſcipionem tenet ſiniſtra*.
Poſt obitum Claudii, ejuſdemque conſecrationem cuſus eſt hic nummus. Optimo Principi, de Republica optime merito plures honores decreti fuerunt, inquit Pollio; *Claudium principem loquor*, *cujus vita*, *probitas*, *& omnia*, *quæ in republica geſſit*, *tantam poſteris famam dedere*, *ut Senatus*, *Populuſque Romanus novis eum honoribus poſt mortem affecerit*.
Hic nummus argenteus inter rariores recenſendus.

SALVS AVG. *Iſis Faria ſtans*, *capite loti flore ornato*, *ſiſtrum dextra*, *vaſculum anſatum ſiniſtra*: *in imo* E.
Dum Claudius ægrotaret, quæ numina bonæ valetudini præſunt, omnia ſunt invocata, Apollo, Diana, Æſculapius, Serapis, Iſis pro optimi Principis incolumitate.
Hic nummus argenteus de rariorum numero eſt.

VI-

VICTORIA AVG. *Victoria ſtans cum ſerto, & palma inter duos captivos humi ſedentes.*

Ad Victoriam Gotthicam ſpectat hic nummus. Ex trecentis viginti millibus barbarorum incredibilem multitudinem internecione delevit, ſed magnum eorum numerum captivos adduxit. *Duo millia navium Barbarorum*, inquit Pollio, *& trecenta viginti millia armatorum delevit, oppreſſit, attrivit... nunc incendi fecit, nunc cum omnibus familiis Romano ſervitio deputavit.*

Hic nummus aureus inter rariores computandus.

In Claudio Gotthico deſinunt nummi argentei Auguſtorum. Quos enim Nummographi in catalogo argenteorum recenſent, ſunt ex ære puro, ſuperinducta tenui pellicula ſtanni, unde candor, & ſplendor conciliaretur. Fruſtra itaque quæras a Claudio uſque ad Diocletianum nummos ex argento, quantumvis impuro, quales Gallienus, Poſtumus, & modo uſque recenſiti Imperatores cuderunt. Diocletianus purum poſtea argentum revocavit, ita tamen, ut cudendi etiam in ære pelliculato Monetariis facultatem, quæ tamen ſub Conſtantino penitus ſublata eſt, non abſtulerit.

Claudii Quintilli nummi ex auro non conſpiciuntur.



AU-



AURELIANI nummi ex auro omnes rari ſunt.

IMP. AVRELIANVS AVG. *Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum lorica.*

ADVENTVS AVG. *Imperator paludatus eques, dextra elata, ſiniſtra haſtam tranverſam tenet.*

Ad ſecundum Aureliani adventum in urbem Romam pertinere hunc nummum ſuadet Imperator non pacificatoris habitu, ſed paludatus, & haſta inſtructus, quales ad bellum proficiſci ſolebant Imperatores. In Urbem enim ingreſſus, ulturus ſeditiones, quæ in ea excitatæ fuerant, plurium civium cædem edidit, in Senatores etiam ſæviens, quorum nonnullos interfecit.

Hic nummus aureus maximi moduli præſtantiſſimus, & elegantiſſimus eſt.

IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS AVG. *Caput Aureliani radiatum, cum lorica ad pectus.*

GENIVS ILLYR. *Genius capite tutulato ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ, a ſiniſtris ſignum militare erectum.*

Legiones Trajanus in Dacia ultra Danubium conſtituerat, ponte ad utramque ripam jungendam conſtructo. Aurelianus milites inde abduxit, & populares; quos in Illyricum tranſduxit, ut provinciam pœne deſertam novis incolis augeret, & militibus muniret. *Quum vaſtatum Illyricum*, inquit Vopiſcus, *& Mœſiam deperditam videret, provinciam trans Danubium Daciam a Trajano conſtitutam ſublato exercitu, & provincialibus reliquit, deſperans eam*

poſſe obtineri; abductoſque ex ea populos in Mœſiam collocavit. Ea de cauſa Genius Illyricianus in nummo cuſus.

Hic nummus aureus, ob capitis etiam epigraphen, elegantiſſimus, & rariſſimus eſt.

P. M. TR. P. VI. COS. II. *Sol ſtans, dextra elata, globum ſiniſtra, cum captivo ad pedes.* In aliis P. M. TR. P. VII. COS. III. *Mars ſtans, ſpiculum inverſum dextra, ſiniſtra trophæum geſtat humero ſiniſtro innixum.*

Aurelianus Tribunitiam poteſtatem V. iniit quidem, ut ex inſcriptione Brixiana apud Gruterum liquet, ſed non ſextam, multoque minus ſeptimam. Conſulatus III. quem ex Faſtis cœpit anno Chriſti 275. optime cum Tribunitia poteſtate V. conjungitur, ut præfert dicta inſcriptio; ſed eamdem V. non abſolvit, interemptus quarto circiter menſe poſt abſolutum quartum annum imperii. Fortaſſe male lecti ſunt numeri, & ubi lectum eſt VI. & VII. legendum erat III. & IIII.

Hi nummi aurei rariſſimi ſunt.

RESTITVTOR ORIENTIS. *Sol radiatus cum pallio ſtans, dextra elata, ſiniſtra geſtat globum.*

Victa Zenobia, quæ ſe reginam Orientis nuncupabat, disjectis Perſarum copiis, Saracenorum, atque Armeniorum, jure optimo Aurelianus dici potuit Reſtitutor Orientis. *Pacato igitur Oriente*, ait Vopiſcus, *in Europam Aurelianus rediit victor.*

Hic nummus aureus inter rariores collocandus eſt.

VIRTVS AVG. *Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextra geſtans ſpiculum tranſverſum, ſiniſtra trophæum ad humerum ſiniſtrum; cum captivo ad pedes manibus poſt terga revinctis.*

Virtus bellica Aureliani poſtulabat æquo jure, ut Marti ipſi Imperator compararetur. Orientem æque, ac Occidentem victor in poteſtatem P. R. redegit. *Princeps igitur*, Vopiſcus inquit, *totius Orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis, atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia, &* Tetrico, *hoc eſt de Oriente, & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet.*

Hic nummus aureus rarioribus adnumerandus eſt.

SE-



SEVERINÆ nummi ex auro rariſsimi ſunt.

SEVERINA AVG. *Caput Severinæ cum Luna bicorni ad humeros.*
CONCORDIA MILITVM. *Figura muliebris ſtans, dextra unum ſignum militare, & alterum ſiniſtra: in imo* R.
Per hunc typum indicatur quantum fiderent Auguſtus, & Auguſta in militum benevolentia, ad quam retinendam, & firmandam eorum concordia in nummis celebratur.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.





TETRICI Patris nummi ex auro omnes rari ſunt.

IMP. C. TETRICVS P. F. AVG. *Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum lorica.*

ADVENTVS AVG. *Imperator eques, dextra elata, ſiniſtra ſpiculum tenet.*

Quis hic adventus fuerit, divinandum eſt; neque enim ad Urbem acceſſiſſe Tetricum conſtat, niſi abdicato imperio ad augendam triumphi Aureliani pompam. Num ejus in provinciam Hiſpaniæ adventus ſignificatur? an vero in aliquam Galliæ urbem, quæ ſedes haberetur imperii?

Hic nummus aureus rariſsimus eſt.

IMP. C. TETRICVS AVG. *Capita Tetricorum jugata; patris laureatum, filii nudum; ad pectus cum paludamento.*

AETERNITAS AVG. *Figura muliebris ſtans, dextra geſtat globum cum phœnice, ſiniſtra veſtem colligit.*

Ferme ſemper, ubi Patri additus eſt Filius in ſocietatem imperii, ad declarandum diuturnam fore principatus durationem, cuſi ſunt nummi cum hac epigraphe: quod in Treboniano Gallo, in Valeriano, in Gallieno, in Poſtumo, aliiſque intueri licet.

Hic nummus aureus rariſsimus, & præſtantiſsimus eſt.

COMES AVG. *Figura alata, & ſtolata ſtans, dextra caduceum, ſiniſtra palmam.* In aliis *Figura ſtans, dextra lauream, ſiniſtra pateram.*

Similem epigraphen vidimus in Victorino, cui Victoria comes in præ-


prælis fuiſſe declaratur. Tetricum multas pugnas feliciter pugnaſſe Trebellius teſtatur, *quum multa feliciter egiſſet*.
Hic nummus aureus inter rariores habendus.

Hic nummus aureus rariſsimus eſt, ſed non minus rarus quinarius argenteus.

PROVIDENTIA AVGG. *Ædificium, ſeu caſtra prætoria: in imo* PR. *in aliis* SMNΓ.

Eadem epigraphe, idemque typus comparent in nummis Diocletiani, & Maximiani. Non vacat hic repetere, quæ ibi dicta ſunt.

Hic nummus tam ex auro, quam ex argento rariſsimus eſt.

VICT. CONSTANT. AVG. *Victoria dextrorſum gradiens, dextra coronam, ſiniſtra palmam: ad pedes hinc inde duo captivi humi ſedentes averſi: in imo* SMT.

Monimentum eſt hic nummus Victoriæ in Britannia a Conſtantio relatæ de Pictis, & de Caledonibus; poſt quam mortem obiit. De illa mentionem facit Eumenius in panegyrico ad Conſtantium; *neque enim ille* (Conſtantius) *tot, tantiſque rebus geſtis, non dico Caledonum, aliorumque Pictorum ſylvas, & paludes . . . dignabatur acquirere . . .*

Hic nummus aureus ſingularis raritatis eſt.

VICTORIA SARMAT. *Caſtra prætoria, ante quorum portam quatuor figuræ militares ſacrificant ſupra tripodem.*

Quatuor illis figuris militaribus in nummis Diocletiani, & Maximiani diximus ſignificari Auguſtos duos Jovium, & Herculium, tripodi propriores, & duos Cæſares Conſtantium, & Galerium hinc inde adſiſtentes. Omnes bello Sarmatico interfuere, & de Sarmatum victoriis participarunt.

Hic nummus ex argento inter rariores recenſendus, cum epigraphe vero capitis D. N. *quæ duæ ſiglæ primum in hoc Imperatore comparent, rariſſimus eſt.*

VOT. X.

VOT. X. SIC XX. *In corona laurea.*

Quum Conſtantius renunciatus fuerit Cæſar ſimul cum Galerio a Diocletiano, & Maximiano anno Chriſti 293. Vota Decennalia ſolvi non potuere, niſi abſoluto anno 302. & ſimul Vicennalia nuncupari, de quibus in nummo.

Hic nummus ex argento rariſſimus eſt.





CARAUSII nummi rari admodum ſunt ex argento, ſed ex auro longe rariſſimi.

IMP. CARAVSIVS AVG. *Caput Carauſii laureatum, ad pectus cum paludamento: in aliis radiatum.*

CONCORD. MILIT. *Duæ figuræ muliebres ſtantes dextras jungunt: in imo* VM.

Quum Diocletianus, & Maximianus aliis bellis diſtracti Carauſium toti Britanniæ imperitantem, & maritima claſſe egregiis remigibus, & militibus inſtructa prævalentem perſpicerent, e re judicarunt ſinere illum in illis regionibus imperatorem agere, & Auguſti nomine gaudere. Quod confirmat nummus æreus Carauſii parvæ formæ, qui PAX AVGGG. inſcriptus, ſuam cum aliis duobus Auguſtis ſocietatem perſpicue declarat.

Hic nummus aureus præſtantiſſimus, & elegantiſſimus eſt.

EXPECTATE VENI. *Figura muliebris ſtolata a dextris, & Carauſius paludatus ex adverſo ſtantes, dextras jungunt.*

Hæc epigraphe, quæ in nummis unica occurrit, oſtendit deſiderium, quo tenebantur Britanni, videndi Carauſium novo Auguſti titulo inſignitum. Rariſſime nummos offendes, quorum inſcriptio ad Imperatores dirigatur.

Hic nummus argenteus præclariſſimus, & rariſſimus eſt.

FIDEM MILITVM NN. *Figura muliebris ſtans, bilancem dextra, cornucopiæ ſiniſtra.*

Cum hac epigraphe minime convenire videtur typus Æquitatis.

Fortaſſe Carauſius fidem ſuorum militum celebrat, qui ſuæ cauſæ æquitati adſtipulati fuerint.

Hic nummus ex argento ſingularis raritatis eſt.

PAX AVG. *Figura muliebris ſtans, dextra geſtat ramum oleæ, ſiniſtra haſtam: in area* L. *in imo* ML.

Ad pacem referendus eſt nummus quam pactus eſt cum duobus Auguſtis Carauſius ea conditione, ut Britanniæ imperium, & Auguſti titulum obtineret. Unde ſcribit Eutropius l. 9. *cum Carauſio tamen, quum bella fruſtra tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum, ad extremum Pax convenit.*

Hic nummus argenteus maximi moduli raritate, & elegantia inſignis eſt.

VIRTVS CARAVSI. *Carauſius capite galeato ad pectus cum lorica, dextra geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtra clypeum, in quo equus alatus.*


ROMANO . RENOVA. *Lupa cum puerulis: in imo* RSR.

Romanum imperium ſub Carauſio renovatum iri prædicat nummus ſuperba, & ridicula jactantia. Hic tamen paulo poſt Conſtantio rem agente, mari, terraque victus, & ab Allecto ſuo familiari proditus, & occiſus, tyrannidis, & ſuperbiæ pœnas dedit.

Hic nummus aureus, uti & argenteus rariſſimus eſt.



AL-



ALLECTI nummi ex auro, atque argento rariſsimi ſunt.

IMP. C. ALLECTVS P. F. AVG. *Caput Allecti radiatum, ad pectus cum paludamento.*

PAX AVG. *Figura muliebris ſtolata ſtans, oleæ ramum dextra tenet, haſtam tranſverſam ſiniſtra: a dextris in area* S. *a ſiniſtris* P. *in imo* ML.

Quam pacem prætendere potuerit Allectus percipi nequit, Conſtantio ſuam victoriam de Britannis urgente, & ad pœnam ob violatam fidem Carauſio debitam militibus repetentibus. Fortaſſe Monetarii feſtinantes typo averſæ partis nummorum Carauſii uſi ſunt.

Hic nummus argenteus raritatis eſt ſingularis.

PROVIDENTIA AVG. *In aliis* PROVIDEN. DEOR. *Figura muliebris ſtans, globum ſuſtinet dextra, haſtam tranſverſam ſiniſtra: in area a dextris* S. *a ſiniſtris* P. *in imo* MSL.

Providentiam Deorum jactat perduellis iſte ſatelles, qui ſuum Imperatorem Carauſium nefario ſcelere prodiderat. De hoc Eumenius in paneg. *adeo ut jam, communis pœnæ timore depoſito, archipiratam ſatelles occideret.*

Hic nummus argenteus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

SALVS AVG. *Figura muliebris ſtans, ſerpentem dextra, pateram ſiniſtra tenet: in imo* ML.

Dea Salus invocatur ab Allecto fortaſſis ægro. Solitus Salutis typus in nummis Imperatorum frequens tentatæ eorum valetudinis reſtitutionem indicat.

Hic nummus aureus ſingularis raritatis eſt.



SEVERI nummi ex auro, & argento rariſsimi ſunt.

SEVERVS NOB. CAES. *Caput Severi laureatum.*

CONCORDIA CAES. NOSTR. *Figura muliebris ſedens, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ: in imo* SMT.

Galerius Maximianus infenſus Conſtantio, cujus filium Conſtantinum nucupare Cæſarem Diocletiano in animo erat, a duobus ſenioribus Auguſtis impetravit Cæſares dici Valerium Severum, & Maximinum. In argumentum Concordiæ inter hoſce duos novos Cæſares cuſus hic nummus.

Hic nummus aureus raritatis eſt eximiæ.

GENIO POPVLI ROMANI. *Genius capite turrito ſeminudus ſtans, pateram dextra tenet, cornucopiæ ſiniſtra: a dextris ara ignita, a ſiniſtris in area ſtella: in imo* PLC: *in alio non adeſt ara: a dextris* S. *a ſiniſtris* F. *in imo* PTR.

Communis eſt & hæc epigraphe, & hic typus horum temporum Cæſaribus, & Auguſtis. Tum die inaugurationis, tum anniverſario ejuſdem diei huic Numini ſacra faciebant.


Hi duo nummi ex argento maximi moduli raritatis ſunt eximiæ, & ſingularis.

HERCVLI CONSER. AVGG. ET CAESS. *Hercules pharetratus ſtans, cum leonis exuviis in humerum ſiniſtrum rejectis, dextra tenet clavam, ſiniſtra arcum.*

Hercules, Numen ab Maximiano Herculio ſpecialiter cultum, a Severo invocatur, quum ipſe imperatoriam purpuram Mediolani ab eodem Herculio accepiſſet anno Chriſti 305.

Hic nummus ex auro raritatis ſingularis eſt.

GA-



GALERII MAXIMIANI nummi ex auro rariores longe ſunt, quam ex argento.

MAXIMIANVS NOB. CAES. *Caput Galerii laureatum.*

CLARITAS AVG. *Sol capite radiato ſtans, dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinet; ad pedes captivus: in imo* PTR.

Hanc epigraphen vidimus in Poſtumo, eamdemque ſimul cum hoc typo videre eſt in nummo æreo minimæ formæ Maximiani Herculii. Alluditur ad victorias in Oriente relatas per Diocletianum, a quo Galerius Cæſar nuncupatus fuerat.

Hic nummus ex argento rariſſimus eſt.

FEL. ADVENT. AVGG. NN. *Figura muliebris ſtans, ſignum militare dextra tenet, ſiniſtra dentem elephanti: in imo* S.

Adventus hic ob victorias de Mauris ab Herculio relatas celebratur in nummis horum quatuor Auguſtorum Herculii, Jovii, Conſtantii, & Galerii.

Hic nummus argenteus eſt rarioribus adnumerandus.

IOVI CONS. CAES. *Jupiter nudus cum pallio poſt tergum rejecto, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam; pro pedibus aquila: in imo* SMAT.

Quemadmodum Conſtantius ab Herculio nuncupatus Cæſar, Herculi Conſervatori ſupplicabat, ita Galerius Maximianus Cæſarea dignitate auctus a Jovio, ſupplicat Jovi Conſervatori.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

PRIN-


PRINCIPI IVVENTVTIS. *Galerius paludatus ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtam tranſverſam tenet.*
Creatus eſt Cæſar Galerius Maximianus unà cum Conſtantio in urbe Nicomedia anno Chriſti 292. Et uni, alterive cuſi ſunt nummi cum epigraphe Principis Juventutis.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VICTORIA SARMAT. *Caſtra prætoria, ante quorum portam quatuor figuræ militares paludatæ ſacrificant ſupra tripodem.*
Iterum comparent in nummis quatuor Auguſti, quos indicant paludamenta, quibus ſinguli inſigniuntur, qui Diis ſacrificant ante portam caſtrorum gratias acturi ob victorias de Sarmatis reportatas.
Hic nummus argenteus inter rariores eſt referendus.

VIRTVS MILITVM. *Caſtra prætoria in nummo aureo; in argenteo vero eadem caſtra cum quatuor figuris ſacrificantibus.*
Hæc epigraphe cum iiſdem typis conſignata eſt in nummis trium aliorum Imperii Romani conſortium. Celebratur virtus militum, qui adverſus Barbaros, qui undique in Imperium Romanum per ea tempora irruebant, fortiter dimicarunt. Alius argenteus habet, VIRTVTI MILITVM cum caſtris, & valvis adapertis abſque figuris.
Hi nummi tam ex auro, quam ex argento rari ſunt, ſed primi magis quam ſecundi.


VOTA X. CAESS. *In corona laurea.*
Vota hæc Decennalia ſuſcepta ſunt ipſis primis inaugurationis diebus anno 292. & ſoluta completo anno 302. ut diximus in ſimili nummo Conſtantii.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

GA-




GALERIÆ VALERIÆ nummi ex auro, & argento rariſsimi ſunt.

GAL. VALERIA AVG. *Caput Galeriæ Valeriæ ad pectus cum ſtola.*
VENERI VICTRICI. *Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra pomum tenet, ſiniſtra elata ſtolam; a ſiniſtris in area* Σ. *in imo* SMSD. *in alio* ALE.
Veneri Victrici aſſimilatur in nummis Galeria Valeria, quæ Diocletiani ex Priſca filia, Galerio Maximiano nupta fuerat. Veneri Victrici ædes Romæ dedicatæ fuerunt a Gneo Pompejo, Plutarcho teſte; qua occaſione ludos ſumptuoſiſſimos edidit.
Hic nummus tam ex auro, quam ex argento eximiæ raritatis eſt, & ſingularis.



MA-



MAXENTII nummi ex auro rari ſunt, ex argento rariſſimi, & ſingulares.

MAXENTIVS NOB. C. *Caput Maxentii laureatum.*

FELIX KARTHAGO. *Africa ſtans, dextra geſtat ſpicas, læva uvæ racemum: in imo* PK.

Carthaginem felicem nuncupat in hoc nummo Maxentius, quod frumentis, & uvis abundaret. Ubi enim Nilo non exundante defeciſſet Ægyptus, naves frumentariæ Carthaginem appellebant, unde Urbi æternæ commeatus ſuppeteret. Extat nummus Commodi cum epigraphe Providentiæ Auguſti, in quo Neptunus manipulum ſpicarum a muliere proboſcide ornata, quæ Africa eſt, ſive ipſa Carthago, accipit.

Hic nummus aureus raritatis eſt ſingularis.

FELIX PROCESS. CONSVLAT. AVG. N. *Imperator togatus ſtans, dextra globum, ſiniſtra ſcipionem tenet: in imo* PR.

Maxentius Conſul proceſſit anno Chriſti 308. quo conſulatum ipſe ſumpſit menſe Aprili,quum anno præcedenti nulli fuiſſent Conſules. Nummus cum hac eadem epigraphe, ſed cum typo quadrigæ elephantorum a Mediobarbo inter aureos numeratus, æreus eſt ſecundi moduli, in theſauro nunc Odeſchalco olim Reginæ Sveciæ, de cujus metallo nihil dixerat Spanhemius, qui illum explicaverat. Hic de quo agimus, aureus eſt apud Bandurium in theſauro Ducis Cenomanenſium, & argenteus extat in muſeo Editoris.

Hic nummus tam aureus, quam argenteus rariſſimus eſt, & prorſus ſingularis.

HER-

HERCVLI COMITI AVG. N. *Hercules ſtans, dextra innixus clavæ, læva arcum cum ſpoliis leonis tenet: in imo* PR. *in aliis* HERCVLI COMITI AVGG. NN. AVG. ET CAES. N. AVGG. ET CAES. N. *cum aliqua diverſitate typi.*

Ubi habetur AVG. N. indicatur Maxentius ſolus; ubi AVGG. NN. indicantur Maxentius, & Valerius Maximianus; ubi AVGG. ET CAES. iidem cum Romulo Maxentii filio, quem Pater Cæſarem dixerat; ubi vero AVG. ET CAES. N. Maxentius Auguſtus, & Romulus Cæſar. Hercules in Comitem advocatur, ut Herculii filium, & cultorem Maxentius ſe oſtentet.

Hi nummi aurei rariſſimi ſunt.

MARTI PROPAG. IMP. AVG. N. *Mars ſtans, dextram porrigit figuræ muliebri ſtanti, lupa intermedia: in imo* AQ.

Quum magnam Imperii partem poſſideret Conſtantinus, aliamque multo majorem Galerius cum Licinio, Maxentius Martem invocat urbis Romæ Auctorem, ut fines ſui imperii amplificet, & propaget.

Hic nummus argenteus rariſſimus eſt, & ſingularis.

PAX ETERNA AVG. N. *Quatuor figuræ, prima capite nudo, & habitu Imperatorio; altera militis galeati dextram pectori Imperatoris admoventis; tertia muliebris coronam Imperatori porrigens; & quarta item muliebris cum proboſcide coronam geſtans: in imo* POST.

Pacem, ſeu potius Securitatem ſpondere videtur exercitus Maxentio, cui coronas exhibent duæ illæ mulieres, Italia videlicet, & Africa.

Hic nummus ex auro ſingularis raritatis eſt.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. COS. II. *Caput Maxentii laureatum.*

VICTORIA AETERNA AVG. N. *Victoria gradiens: in imo* MOST N.

Ad Victoriam de Alexandro reportandam, qui per id temporis ſibi metuens a Maxentio, imperatoriam purpuram in Africa induerat, facile eſt hunc nummum ſpectare. Conſulatus ſecundus Maxentii, quo nummus inſignitur, incidit in annum V. C. 1062. & Chriſti 209.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

MAXENTIVS PRINC. INVICT. *Caput Maxentii laureatum*.

VIRTVS MILITVM. *Caſtra prætoria* : *in imo* RS.

Videns Maxentius ſe deſpectui habitum a Galerio Maximiano, cujus filiæ nupſerat, quique Severum, genero poſthabito, Cæſaris titulo, & dignitate auxerat, Prætorianorum fretus præſidio, & populi Romani conſenſione ſe Cæſarem, atque Auguſtum declaravit. Id epigraphe innuere videtur.

Hic nummus argenteus præclariſſimus, & rariſsimus eſt.





MAXIMINI nummi ex auro rari ſunt, & ex argento longe rariores.

IMP. MAXIMINVS P. F. AVG. *Caput Maximini radiatum ad pectus cum lorica; in aliis laureatum.*

GAVDIVM ROMANORVM. *Figura muliebris ſedens ad trophæum, mammas puerulo præbet: in imo* PR.

Hic typus, cui par exhibitus eſt in Maximiano Herculio, vel Provinciam aliquam populi Romani dominationi, incolis barbaris penitus deletis, additam; vel familias ad deſerta loca incolenda ex captivorum turbis tranſductas non ſine Romanorum conſenſu, & plauſu indicat.

Hic nummus aureus raritatis eſt ſingularis.

GENIO POP. ROM. *Genius capite turrito ſeminudus ſtans, pateram dextra, cornucopiæ ſiniſtra: a dextris in area* T. *a ſiniſtris* F. *in imo* PTR.

Maximinus Daza dictus, intellecto Licinio per Galerium creato Auguſto, ipſe in Campo Martio, militibus plaudentibus, ſe Auguſtum nuncupavit, teſte Euſebio lib. 8. hiſt. Ut porro ſibi populum Romanum demereret, ejus Genium invocat, & in nummis ſuis inſculpit.

Hic nummus ex argento maximi moduli præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

HERCVLI VICTORI. *Hercules nudus ſtans, dextra poſt tergum reducta, clavæ innititur ſiniſtra, qua leonis exuvias tenet: in area* Z. *in imo* ANTB.

Per hæc tempora viguit penes Auguſtos præ ceteris cultus Herculis. In hoc typo vides Herculem ad exemplum Herculis, qui in ædibus Farneſianis viſitur.

Hic nummus argenteus rarioribus adnumerandus.

IOVI CONSERVATORI. *Jupiter ſtans, dextra fulmen tenet, ſiniſtra haſtam: a dextris in area corona laurea, a ſiniſtris* B. *in imo* SIS.

Jovem conſervatorem invocat Maximinus ferox in Chriſtianos, qui Jovem ex aris deturbare nullis minis deterriti nitebantur.

Hic nummus ex argento maximi moduli eximiæ raritatis eſt.

IOVI CONSERVATORI AVGG. *Jupiter ſedens, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam: in imo* PR. *in aliis* IOVI CONSERVATORI AVGG. ET CA 3S. NN.

Qui in his nummis inſcribuntur Auguſti, non alii eſſe poſſe videntur, quam Galerius Maximianus, & Licinius; Cæſares vero ſunt Maximinus, & Conſtantinus. Hunc Conſtantius creaverat, & illum Galerius.

Hi nummi aurei inter rariores numerandi ſunt.

MAXIMINVS NOB. CAES. *Caput Maximini laureatum.*

PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris ſtans, dextra globum, ſiniſtra haſtam: a ſiniſtris duo ſigna militaria erecta, a dextris in area* N Ξ: *in imo* SMSD. *In alio Figura militaris ſtans inter duo ſigna militaria, dextra elata, ſiniſtra haſtæ innixa.*

Nobiliſſimus Cæſar, quo epitheto primus in nummis donatus fuiſſe videtur Philippus junior, idem dicebatur Princeps juventutis, ut nummi Cæſarum teſtantur. Hoc titulo non contentus Maximinus, a Galerio novam inſtituente appellationem, dictus fuit *Filius Auguſtorum* una cum Conſtantino. Sed hunc etiam titulum Maximinus averſatus ſe Auguſtum creavit.

Hi nummi aurei rariſſimi ſunt.

SOLI INVICTO COMITI. *Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans in quadriga a fronte, dextra elata, & expanſa, flagrum geſtat ſiniſtra. In aliis* SOLI INVICTO AVG. *Sol capite radiato ſtans, dextra elata, ſiniſtra flagrum: in imo* SMN.

Num-

Nummi ſimiliter ſignati habentur in Probo, & Aureliano. Probabile eſt cuſos eſſe, quum Aſia, & Bithynia potitus magna orientalium provinciarum parte, ſperaret Maximinus, Sole auſpice, reliquas Imperii provincias obtinere.
Hi nummi aurei rariſſimi, argentei vix rari.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria dextrorſum gradiens, lauream dextra, palmæ ramum ſiniſtra: in imo* PR.
Præclara fuit Conſtantini Auguſti victoria, quam de immaniſſimo tyranno Maxentio, ad pontem Milvium die 28. Octobris anno Chriſti 312. ſigno Crucis protectus reportavit. Chriſtianorum hoſtis acerrimus Maximinus, quamvis invitus, & fremens, celebrare illam in nummis coactus fuit metu, ne ob ſocietatem cum Maxentio initam ad pœnam poſtularetur.
Hic nummus aureus eximiæ raritatis eſt, & ſingularis.

VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. *Mars nudus capite galeato, gradiens ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextra, trophæum humero ſiniſtro.*
Sub Martis ſymbolo virtus militaris repræſentatur. Hac militari virtute prædicat Maximinus præditos fuiſſe duos Auguſtos, duoſque Cæſares, quorum humeris Imperii Romani pondus ſuſtinebatur.
Hic nummus argenteus maximi moduli præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.



LI-



LICINII ſenioris nummi ex auro rariſſimi ſunt, ex argento impuro rari.

LICINIVS AVGVSTVS. *Caput Licinii laureatum.*

IOVI CONSERVATORI AVGG. *Jupiter nudus pallio ex humeris fluente ſtans, dextra ſuſtinet globum cum Victoriola, ſiniſtra haſtæ innititur; pro pedibus aquila cum corona in roſtro: in imo* SMN: *In aliis Jupiter ſedens cum fulmine, & haſta: in imo* PTR. Plerique Licinii tam patris, quam filii nummi cum epigraphe Jovis, & typo ſunt conſignati. Quum enim nullis majorum imaginibus fruerentur ipſi ignobiles, nobilitatem a Diocletiano, quam poſſent, mutuare ſatagebant. Diocletiano autem, Jovio dicto ob ſpecialem Jovis cultum, Jovis ejuſdem cultum acceptum referre profitebantur.

Hi nummi aurei, & argentei rarioribus adnumerandi ſunt: primi moduli argenteus rariſſimus eſt.

IMP. LICINIVS AVG. *Licinius capite laureato, ad pectus cum lorica, dextra tenet fulmen, ſiniſtra ſceptrum.*

IOVI CONSERVATORI AVG. *Jupiter aquilæ inſidens, dextra tenet fulmen, ſiniſtra ſceptrum: in imo* PTR. Diocletianus equidem Jovii titulum aſſumpſit, ſed Jovis ſymbola ſibi tribuere non eſt auſus. Licinius & fulmen, & ſceptrum attributa Jovis propria, ſuperbo faſtu uſurpavit.

Hic nummus argenteus rarioribus adſcribendus.

LICI-

LICINIVS AVG. OB D.V. FILII SVI. *Caput Licinii a fronte nudum, ad pectus cum trabea.*

IOVI CONS. LICINII AVG. *Jupiter ſeminudus in ſubſtructione ſedens, dextra geſtat Victoriolam, a qua coronatur, ſiniſtra haſtam, ad pedes aquila coronam lauream tenens roſtro: in ſubſtructione* SIC X. SIC XX. *in imo* SMNΓ.

Cardinalis Noriſius hunc præclariſſimum nummum illuſtrare voluit peculiari diſſertatione; in qua præter alia cenſuit per eas literas OB D V ſignificari *Oblationem devotam.* Minime aſſentior interpretationi doctiſſimi Cardinalis. Adopto aliam, quæ longe probabilior mihi videtur. OB D V ſcilicet *ob data Quinquennalia*. Senſus itaque integer utriuſque paginæ nummi hic erit. *Licinius Auguſtus Ob Data Quinquennalia Filii Sui*, ſua vota porrigit, vel nummos hoſce offert *Jovi Conſervatori Licinii Auguſti*, orans ut dari poſſint *ſic Decennalia*, & *ſic Vicennalia*. Dare Quinquennalia, Decennalia idem eſſe ac edere, & celebrare, ex ſtylo eorum temporum conſtat. Quum ſolvebantur vota Quinquennalia, ſuſcipiebantur Decennalia. Puto itaque edita Quinquennalia Licinii filii quinto anno ab ejus inauguratione in Cæſarem, videlicet anno Chriſti 322. quum anno 317. electus fuerit Cæſar: ſcribit enim Idatius in faſtis, *Gallicano, & Baſſo A. 317. His Coſſ. levati tres Cæſares Criſpus, Licinius, & Conſtantinus die Kalend. Martii*. Licinius autem junior ex Aurelio Victore *menſium fere viginti* Cæſar creatus eſt.

Hic nummus aureus eximius eſt, & ſingularis.

PERPETVA VIRTVS AVG. *Imperator eques, quem miles galeatus, & cum clypeo præcedit pedes: in imo* SMT.

Conflixit Licinius cum triginta mille militibus cum Maximino, qui ſecum duxerat ſeptuaginta hominum millia, eumque vicit, & ſuperavit. Hæc victoria magnam gloriam Licinio peperit, ejuſque Virtus ubique gentium celebrata fuit.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

PROFECTIO AVGG. *Imperator paludatus eques dextra haſtam tenet: in imo* SIS.

Profectionum Auguſtorum ad bella communior typus, eſt Imperator eques. Hi duo Auguſti, quos indicat hujus nummi epigraphe, fortaſſe ſunt Licinius, & Conſtantinus. Quum enim ambo Im-

Imperatores Mediolani conveniſſent, & arctiori vinculo ſocietatis ſe ſe obſtringendi gratia Licinius Conſtantiam Conſtantini ſororem in uxorem duxiſſet, Maximino, qui occaſione capta abſentiæ Licinii, ejus provincias invaſerat, ambo communi conſenſu bellum indixere, Conſtantino interim in Gallias proficiſcente, Licinio vero recta in Traciam contra Maximinum.

Hic nummus aureus raritatis eſt ſingularis.

PROVIDENTIAE AVGG. *Ædificium, ſeu caſtra prætoria.*

Providentiam Diocletiani imitari voluiſſe videntur Auguſti omnes, qui in familiam Valeriam migrarunt, ab eodem Cæſares, & Imperatores nuncupati. Ædificia hæc ſunt caſtra illa, quæ pro ſecuritate Imperii ad confinia conſtructa fuere; quorum conſtructione Providentiam ſuam populo Romano commendabant.

Hic nummus argenteus inter rariores collocandus.

SIC X. SIC XX. SMNB. *In clypeo, & ſuperne aquila.*

Nummus percuſſus eſt Quinquennalibus Licinii. Dum enim vota Quinquennalia ſolvebantur, ſuſcipiebantur Decennalia, atque adeo quemadmodum Quinquennalia celebrabantur, ita vovebatur, ut ſic celebrari poſſent Decennalia, & Vicennalia. Quum autem Licinius declaratus fuerit Auguſtus die 11. Novembris 307. ſequitur Quinquennalium feſtum actum fuiſſe exeunte anno 312.

Hic nummus aureus eximius eſt, & ſingularis.

VBIQVE VICTORES. *Imperator paludatus ſtans inter captivos, dextra haſtam, ſiniſtra orbem: in imo* PTR.

Victorias prædicat hic nummus a Conſtantino, & Licinio relatas ubivis locorum, & gentium. *Quid memorem*, inquit Nazarius in panegyrico, *Bructeros? quid Chamavos? quid Cheruſcos, Vangionas, Alamanos, Tubantes?* Sed inter ceteras eminent victoria Conſtantini de Maxentio, & victoria Licinii de Maximino, quibus Imperium duorum Auguſtis ſtabilitum eſt.

Hic nummus aureus rariſsimus eſt.

VICTORIAE LAETAE PRINC. PERP. *Duæ Victoriæ tenentes clypeum cippo impoſitum, in quo* VOT. X. *in imo* PR.

Vota hæc Decennalia Licinii peracta ſunt anno Chriſti 317. quo a ſuſce-

ſuſcepto imperio decimum annum Licinius complebat. Feſta ea occaſione, ut notum eſt, celebrabantur, & ludi, quibus populus lætus lætas Principum ſuorum victorias prædicabat.


Hic nummus tam aureus, quam argenteus præſtantioribus adnumerandus.

VOT. XX. *In corona laurea, circa quam* D. N. LICINI AVGVSTI: *in imo Luna bicornis cum ſtella: In aliis* VOTA XX. MVLT. XXX. TSA.

Ex hoc nummo, quemadmodum ex illo alio ſignato SIC X. SIC XX. oſtenditur lubrico fundamento ſubnixa ſententia Card. Noriſii, ſicuti & Pagii circa tempus, quo Decennalia peregerit Licinius. In nummo aureo Licinii ſuperius relato IOVI CONS. LICINI AVG. legebant ſiglas ad imum nummi SMNΓ. *Signata* vel *Sacra Moneta Nicomediæ anno tertio*, anno ſcilicet tertio imperii Licinii in Aſia, putantes ultimam ex ſiglis annos imperii ſignificare. At in altero nummo SIC X. SIC XX. in imo legitur SMNB, qui eſſet annus ſecundus; & in præſenti nummo TSA, qui eſſet annus primus. Conſequeretur eadem Decennalia celebrata fuiſſe anno 3. & 2. & 1. quod abſurdiſſimum eſt. Ultimam ſiglam ſignificare credimus officinam nummariam, primam, ſecundam, tertiam &c. & ſtellulam, lunam bicornem, vel quidpiam aliud ſimile, eſſe ſpecialem notam Monetarii.

Hi nummi argentei rariſſimi ſunt.





LICINII junioris nummi ex auro, & argento longe rariores ſunt nummis Licinii ſenioris.

LICINIVS NOB. CAES. *Licinius capite laureato, pectore loricato, dextra tenet globum cum Victoriola.*

CRISPVS ET CONSTANTINVS C C. *Capita Criſpi, & Conſtantini nuda adverſa: in imo* SIRM.

Convenere Imperatores duo, Conſtantinus, & Licinius, quo diuturnior, firmiorque concordia inter eoſdem perſeveraret, creare Cæſares ſuos filios, Conſtantinus videlicet Criſpum, & Conſtantinum, & Licinius Flavium Licinium. Declaratio hæc Sardicæ facta eſt Kalendis Martii anni 317. Coss. Gallicano, & Baſſo inter feſta ſolemnia Votorum Decennalium ejuſdem Licinii, & Quinquennalium ſuſceptorum eorumdem Cæſarum.

Hic nummus aureus præſtantiſſimus, & eximiæ raritatis eſt.

D. N. VAL. LICIN. LICINIVS NOB. C. *Caput Licinii junioris a fronte, ad pectus cum paludamento.*

IOVI CONSERVATORI CAES. *Jupiter ſolio inſidens baſi ſuperimpoſito, dextra tenet globum cum Victoriola, ſiniſtra haſtam: infra* SIC V. SIC X. *in imo* SMNE.

Cernitur in hoc nummo vultus infantilis Licinii vix bimuli; quum Cæſar nuncupatus eſt. Sub tutela Jovis, numinis patrii collocatur. Optantur Quinquennalia, & Decennalia eadem lætitia, ac feſtis celebrari, quibus celebrabatur dies feſtus Cæſareæ nuncupationis.

Hic nummus aureus præclariſſimus, & rariſſimus eſt.

SECV-

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Figura muliebris ſtans, dextram capiti imponit, ſiniſtra columnæ innititur: in imo* TR.

Securitas Reipublicæ repoſita videtur in incolumi ſtatu domus Auguſtæ, quæ tunc incolumis eſt, quando adoleſcit proles in ſpem imperii. In Licinio puero, & jam Cæſare publica Securitas nitebatur.

Hic nummus aureus inter rariores numerandus.

VIRTVS EXERCIT. *Trophæum inter duos captivos humi ſedentes: in area a dextris* T. *a ſiniſtris* F. *in imo* PTR. *in aliis, Labarum inter duos captivos, in quo vota* X. *in area a dextris* S. *a ſiniſtris* H. *in imo* A SIS.

Vota hæc Decennalia in nummo ſcalpta celebrari non potuere, Licinio ante annum decimum a Cæſaris nuncupatione e vivis erepto juſſu Conſtantini. Intelligi itaque debent ſuſcepta, quum ejus Quinquennalia celebrarentur. Nummus præfert Virtutem exercitus, in qua Licinus pater fiſus arma ſumpſerat in Conſtantinum, cui atrox bellum ab anno 323. indixerat; & quod male ceſſit Auctori, bis in acie victo, & tandem cæſo.

Hi nummi argentei rari ſunt, & elegantes.



G.B. Sinte ſ.



CONSTANTINI nummi ex auro, & argento ſunt rari.

CONSTANTINVS AVG. *Caput Conſtantini galeatum, ad pectus cum lorica.*

BEATA TRANQVILLITAS. *Ara, ſupra quam globus, & tres ſtellæ: in ara* VOTIS XX. *in imo* PTR.

Annus Chriſti 325. celeberrimus in Eccleſiæ faſtis ob Concilium Nicææ celebratum, celebris etiam evaſit ob Vicennalia, quibus VIII. Kal. Aug. Conſtantinus initium dedit Conſtantinopoli, quæque per integrum annum omni regia pompa, & magnifico apparatu continuavit, & Romæ abſolvit anno 326. eadem vigeſima quinta die Julii. Hanc beatam tranquillitatem indicat ara, ſupra quam Imperium Romanum quieſcit, cui tres ſtellæ imminent, quibus deſignari videntur tres Auguſti filii, jam Cæſares nuncupati.

Hic nummus argenteus rarus eſt.

AVGVSTVS. *Caput Conſtantini lauro, & gemmis revinctum.*

CAESAR. *In corona quercea.*

Mortuo Conſtantio Eboraci anno Chriſti 306. ſtatim ab exercitu, qui in Britannia militabat, Conſtantinus ejuſdem filius Auguſtus dictus eſt; & paulo poſt Cæſar nuncupatus a Galerio Maximiano. Utrumque titulum præfert hic nummus *Auguſti* in anteriori parte, & *Cæſaris* in poſteriori.

Hic nummus argenteus maximi moduli raritate, & elegantia conſpicuus eſt.

CON-

CONSTANTINIANA DAFNE. *Victoria ſedens, dextra haſtæ innixa, tenet lauri ramum; ad latus dextrum trophæum, ad pedes captivus in area* C. *in imo* CONS.

Intelligenda videtur hæc epigraphe de caſtro quodam Dafne dicto, quod ad ripam Danubii conſtruxiſſe Canſtantinum Procopius refert lib. 4. de operibus Juſtiniani. Ex illo caſtro eductos Conſtantini Dafnenſes, & Baliſtarios Dafnenſes docet notitia imperii.

Hic nummus argenteus rarioribus adnumerandus.

Sine epigraphe. Caput Conſtantini corona ex lauro, & gemmis cinctum, ſublimi ore cælum ſpectans.

CONSTANTINVS AVG. *Victoria gradiens, dextra lauream, ſiniſtra palmam. In aliis* CONSTANTINVS AVGVSTVS *Victoria ſedens, dextra ſuſtinet Victoriolam, ſiniſtra cornucopiæ: in imo* SMN.

Plures habentur nummi tum aurei, tum argentei, in quibus ſine epigraphe cernitur Conſtantini caput vitta redimitum, ore ad cælum converſo. Hos explicat Euſebius: *Quanta vero fidei vis divino quodam inſtinctu in ejus animo defixa fuerit, vel ex eo intelligi poteſt, quod in aureis nummis imaginem ita inſculpi curavit, ut inſtar precantis ſublimi ore cælum contueri videretur, quod genus nummi hac effigie ſculpti per omnes Romani imperii gentes volitabat. Hi nummi ex auro, & ex argento inter rariores collocandi ſunt.*

Sine epigraphe. Caput Conſtantini faſcia cinctum, ſublimi ore cælum ſpectans.

CONSTANTINVS CAESAR. *Tres ſpicæ erectæ, ſupra mediam ſtellula: in imo* R.

Anno Chriſti 317. diximus in nummo Licinii junioris declaratos fuiſſe tres Cæſares Criſpum, Conſtantinum, Conſtantini Auguſti filios, & Licinium filium Licinii Auguſti. Tres has ſpicas ſignificare tres Cæſares credibile eſt, ſolemque ſub forma ſtellæ foventem ſpicas, & ad maturitatem educantem, ipſum Conſtantinum Auguſtum. De Criſpo, & Conſtantino hæc recitat Nazarius in panegyrico Conſtantini: *Nobiliſſimorum quoque Cæſarum laudes exequi velle ſtudium quidem dulce, ſed non & cura mediocris eſt, quorum in annis pubeſcentibus non erupturæ virtutis tumens germen, non flos præcurſor indolis bonæ lætior, quam uberior apparet, ſed jam*

facta

facta grandifera, & contra rationem ætatis, maximorumque fructuum matura perceptio.

Hic nummus argenteus raritatis eſt ſingularis.

CONSTANTINVS FIL. AVGG. *Caput Conſtatini laureatum.*

CONSVL. DD. NN. *Imperator togatus ſtans, dextra globum, ſiniſtra demiſſa ſcipionem: a ſiniſtris in area* Z. *in imo* SMTS.

Magna eſt Conſulatuum confuſio per hæc tempora, cui lucem aliquam præbere videtur hic nummus. Vocatur hic Conſtantinus Filius Auguſtorum, & ſimul conſignatur ejuſdem Conſulatus. Conſtantinus ſimul cum Maximino nonniſi poſt mortem Severi, & creationem Licinii in Auguſtum, donatus fuit hoc novo titulo *Filii Auguſtorum*. Id contigit menſe Novembri anni 307. Conſtantinus itaque, qui Conſul per Occidentem proceſſerat cum Maximiano Herculio, extincto Severo, qui Conſul habebatur per Orientem cum Maximino, per reliquum ejuſdem anni 307. Conſulatum geſſit cum Maximino, quum ambo *Filii Auguſtorum* vocarentur.

Hic nummus aureus præſtantiſſimus eſt, & raritatis ſingularis.

Sine epigraphe. Caput Conſtantini faſcia cinctum, ſublimi ore cælum adſpiciens.

CRISPVS CAESAR. *Victoria gradiens, dextra lauream, ſiniſtra palmam: in imo* SIRM.

Nummus cuſus, quum contigit electio trium Cæſarum, anno videlicet 317. Victoria gradiens in nummo conſignatur ad indicandum generoſum pectus Criſpi, jam ad bella ambulantis, & ad triumphos, ut inquit Nazarius in panegyrico, *declarant ecce rationem, cupiditatemque votorum facta Criſpi Cæſarum maximi, in quo velox virtus ætatis mora non retardata pueriles annos gloriis triumphalibus occupavit; cujus ita jam uberes ſcatent laudes, ut plenæ poſſent videri, niſi cœpiſſe & partem cogitaremus, qui quidem nunc nobiliſſimus Cæſar eſt.*

Hic nummus aureus ſingularis raritatis eſt.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. *Caput Conſtantini radiatum, ad pectus cum paludamento.*

CRISPVS ET CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. *Duo capita juvenilia laureata ſe reſpicientia: in imo* SIS. *In alio ex argento ma-*

maximi moduli: CONSTANTINVS MAX AVG. *Caput Conſtantini nudum*. CRISPVS ET CONSTANTINVS C. C. *Capita eorumdem nuda adverſa*: *infra* SIR.

Conſtantinus vel in ipſa inauguratione ſuorum filiorum in Cæſares, vel in eorum Quinquenniis, ut loquitur Panegyriſta, hoſce nummos ſignari voluit inſignes capitibus gnatorum, & patris. *Quinquenniis igitur feliciter inchoatis*, inquit, *Decennia Cæſarum noſtrorum ultra poſteros noſtros extendenda quam impenſe rogare, & orare ipſis bonis temporum, & reipublicæ utilitatibus admonemur*.

Hi nummi aurei, & argentei rariſſimi, & præſtantiſſimi ſunt.

DEBELLATORI GENTIVM BARBARARVM. *Duæ figuræ militares paludatæ ſtantes*: *quæ a dextris eſt capite galeato ſcutum tenet ſiniſtra, dextra innixa capiti pueruli ſtantis*; *quæ vero a ſiniſtris dextra expanſa, læva veſtem colligit. In imo* GOTHIA. TR.

Hoc præconio donatus eſt Conſtantinus, quum Gothos, & Sarmatas repetitis præliis devicit anno 322. in Illyrico, & in Mœſia, quorum reliquias ultra Danubium fugatas, trajecto Danubio, iterum disjecit, & internecione pœne delevit.

Hic nummus aureus raritatis eſt ſingularis.

FELICIA TEMPORA. *Quatuor figuræ quatuor anni tempeſtates deſignantes*: *in imo* T *inter duas ſtellas*.

Ad indicandam Temporum felicitatem aptius ſymbolum adhiberi non poterat quatuor anni tempeſtatibus, per quatuor pueros ſuis peculiaribus caracteribus inſignitos, repræſentatis.

Hic nummus aureus inter elegantiores, & rariores ſcribendus.

FELICITAS PERPETVA AVGG. ET CAESS. NN. *Duæ figuræ laureatæ ſtantes cum haſtis, & clypeis, & alia paludata dextra haſtam, ſiniſtra globum media inter illas ſedens*: *in imo* SMN. *In alio* FELICITAS PERPETVA AVGEAT REM DOMINORVM NOSTRORVM.

Nemo eſt, qui non videat figuram ſedentem, eſſe Conſtantinum, & duas alias hinc inde ſtantes eſſe Criſpum, & Conſtantinum juniorem, in quibus ſita erat felicitas tum imperantium, tum imperii.

Hi duo nummi aurei maximi moduli rariſſimi ſunt, & ſingulares.

FELI-

FELICITAS REIPVBLICAE. *Imperator in ſubſtructione ſedens pro tribunali, cum duabus aliis figuris adſiſtentibus, & duabus genibus flexis ante tribunal procumbentibus: in imo* PTR. *In aliis cum tribus figuris genibus flexis.*

Conſtantino pro tribunali ſedenti adſtant duo Cæſares filii Criſpus, & Conſtantinus. Supplices veniam petunt nationes duæ Franci, & Alamanni, de quibus victoriam retulerat Criſpus anno 320.

Hi nummi aurei inter rariores habendi ſunt.

FELIX PROCESSVS COS. VI. AVG. N. *Imperator togatus dextra globum, ſiniſtra bacillum: in imo* AQ.

Conſignatur in hoc nummo annus 320. quo proceſſerunt Conſules Conſtantinus Pater ſextùm, & Conſtantinus filius primùm.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

GAVDIVM REIPVBLICAE. *Trophæum inter mulierem a dextris, & militem a ſiniſtris humi ſedentes, & lugentes: in imo* PTR.

Gaudium Reipublicæ erant Victoriæ, quas Conſtantinus reportabat, de barbaris, qui jugiter imperii fines infeſtis armis turbabant, urbeſque conterminas diripiebant. Mulier Alemanniam repræſentat, & Miles Francos.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe. Imperator togatus globum tradit figuræ paludatæ, a dextris ſtanti; a ſiniſtris ſtat alia figura paludata globum tenens: in imo PTR.

Explicat hunc nummum Mediobarbus de inauguratione Conſtantii Cæſaris anno 325. facta, quod Conſtantinus globum tradat Conſtantio natu minimo, adſiſtente Conſtantino altero filio jam Cæſare. Recte explicatio procedet, ſi loco anni 325. ſubrogetur 332. quo ejuſmodi inauguratio contigit. Nec audiendus Bandurius, qui rem explicat de inauguratione in Cæſarem Conſtantini junioris, Criſpo adſtante jam Cæſare. Satis enim conſtat Criſpum, & Conſtantinum nuncupatos fuiſſe una ſimul Cæſares cum Licinio juniore anno 317.

Hic nummus aureus rariſſimus, & præſtantiſſimus eſt.

GAVDIVM ROMANORVM. *Mulier lugens ſub trophæo: in imo* ALEMANNIA. *In aliis* FRANCIA. *In aliis duo captivi ſub trophæo: in imo* FRANC. ET ALAM.

Fran-

Francia dicebatur omnis illa regio, quæ jacet inter Mœnum, Rhenum, & Hicerum, quam antea Germaniam dicebant: Alamannia vero, regio interjacens Danubium inter & Alamannum. Hodie Germania omnis Alemannia dicitur. Gentes haſce omnes Conſtantinus devicit: ut Nazarius in panegyrico.
Hi nummi aurei inter rariores numerandi ſunt.

Sine epigraphe. Caput Conſtantini faſcia gemmata cœlum ſuſpiciens.
GLORIA CONSTANTINI AVG. *Imperator galeatus gradiens, ſiniſtra ſpolia lævo humero imponens, dextra captivum premens, ſiniſtro pede alium captivum calcans: in imo* SIS.
Si duos hoſce captivos, Reges duos Francorum Aſcaricum, & Ragaiſcum credas, habebis vadem Nazarium, qui in panegyrico ait, *Tu ferociſſimis regibus Aſcarico, & comite ſuo captis, tanta laude res bellicas auſpicatus es, ut jam inauditæ magnitudinis obſidem teneremus*. Si quis interpretetur de Maxentio, & Licinio, per me liceat.
Hic nummus aureus maximi moduli raritate, & elegantia inſignis.

GLORIA EXERCITVS GALL. *Figura equeſtris dextra elata: in imo* PTR.
Sive per Exercitum Gallicanum intelligantur legiones omnes, quæ in Gallia militaverant ſub Conſtantio Patre, & ſub Conſtantino, ſive intelligatur equitatus Gallicæ nobilitatis, ſub Romanis vexillis prælians, quum ejus ope, & virtute præclaras victorias Conſtantinus obtinuerit tam de Alamannis ad ripas Rheni, quam de Maxentio juxta Tiberim, jure ejuſdem exercitus gloria in nummis prædicatur.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

GLORIA SAECVLI VIRTVS CAES. *Duæ figuræ, una porrigens globum alteri.*
Conſtantinus in partem curarum imperii vocavit Criſpum nuncupando illum Cæſarem, qui jam ſua virtute Francos ſubegerat, *& in quo*, ut inquit Nazarius in panegyrico Conſtantini, *velox virtus, ætatis mora non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupaverat.*
Hic nummus tam aureus, quam argenteus ejuſdem eſt raritatis, ac ſuperior.

MARTI PATRI CONSERVATORI. *Mars galeatus, ac nudus ſtans, haſtæ ferratæ inverſæ adnititur dextra, clypeum humi poſitum tenet ſiniſtra: a dextris in area* S. *a ſiniſtris* A. *in imo* PTR.

Martem Patrem Conſervatorem nuncupant Monetarii Trevirenſes in hoc nummo maximi moduli, non ſecus ac Romani nuncupabant Quirinum patrem, Liberum patrem, Janum patrem. *Omnem Deum inter ſolemnes ritus, & precationes patrem nuncupari* morem fuiſſe ſcribit Lactantius l. 4. c. 3.

Hic nummus argenteus maximi moduli præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

P. M. TRIB. P. COS. IIII. P. P. PROCOS. *Imperator ſedens in ſella curuli, dextra globum, ſiniſtra ſceptrum: in imo* PTR. *In aliis* P. M. TRIB. P. COS. VI. P. P. PROCOS. *cum eodem typo.*

Anno Chriſti 315. Conſtantinus Conſul proceſſit quartùm, cum Licinio pariter Conſule quartùm: anno vero 320. Conſulatum iniit ſexta vice cum Conſtantino filio prima vice. Quod magis ſpectandum eſt in his nummis, titulus eſt Pontificis Maximi additus Conſtantino. Raro hic titulus comparet in nummis poſt Gallienum, & in quibus comparet, raritatem illis conciliat. Porro Pontifex Maximus inſcribitur Conſtantinus, non quod ſacris Gentium operaretur, ſed ut eorum ſacra pro jure moderaretur, & ſuper eorum Collegiis ſupremam poteſtatem obtenderet.

Hi nummi aurei rariſſimi ſunt.

PRINCIPI IVVENTVTIS. *Conſtantinus paludatus ſedens inter duo ſigna militaria, læva haſtam tenet: in imo* PTR. *In aliis ſtans: in argenteo laureatus ſtat, globum ſiniſtra, haſtam dextra, pede lævo captivi dorſum premit: in imo* TRS.

Principes juventutis vocabantur, qui ad imperatoriam dignitatem Cæſarum nuncupatione deſtinabantur. In hoc nummo Princeps juventutis inſcribitur Conſtantinus non Cæſar tantum, ſed Imperator, & Auguſtus; ut nulla non eſſet tituli prærogativa, qua ipſe non honeſtaretur.

Hi nummi tam ex auro, quam ex argento inter raros cenſendi ſunt.

PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI. *Cippus, cui noctua inſiſtit, in quo* SAPIENTIA: *infra a dextris galea; a ſiniſtris clypeus, & haſta incumbunt cippo: in imo* PARL.

Sa-

Sapientia inſimul, & Providentia in hoc nummo celebrantur, & utriuſque ſymbola repreſentantur. Noctua Sapientiam ſignificat: galea, clypeus, & haſta Principis Providentiam ad ſubditorum ſecuritatem, & hoſtium terrorem.

Hic nummus tam aureus, quam argenteus rarioribus adnumerandus.

SALVS ET SPES REIPVBLICAE. *Imperator globum tenens, ſupra quem Victoria porrigit dextram figuræ ſtolatæ, & radiatæ: a tergo Victoria lauream imponit Imperatori.*

In ſingulari hoc nummo Conſtantinus ſculptus eſt, cui Victoria lauream imponit, dignus equidem coronari ob egregias virtutes, quæ Reipublicæ, & ſalutem, & ſpem, Chriſtiana religione florente, adſtruebant.

Hic nummus aureus rariſſimus, & ſingularis eſt.

SALVS REIP. DANVBIVS. *Pons ſupra Danubium cum tribus figuris, infra pontem fluvii decumbentis typus.*

Anno 328. Conſtantinum utramque Danubii ripam ponte, & quidem lapideo junxiſſe tum Auctor Chronici Alexandrini, tum uterque Victor referunt. Id & Trajanum olim egiſſe Dio narrat, & nummi ob eam rem Trajano cuſi teſtantur.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

SARMATIA DEVICTA. *Victoria ſtans, captivum pede lævo calcans, dextra tenet palmam, ſiniſtra trophæum: in imo* PTR.

Ad Victoriam, quam Conſtantinus ſupra Sarmatas obtinuit anno Chriſti 322. ſpectare hunc nummum puto. Narrat Zoſimus lib. 2. Conſtantinum Sarmatas ultra Danubium pepuliſſe prælio victos, eoſdemque perſecutum, in eo loco, quo ſe receperant pugnam inſtauraturi, iterum viciſſe, & profligaſſe, magnumque eorumdem numerum in captivitatem duxiſſe, inter extinctos relicto Rauſimodo eorum rege.

Hic nummus argenteus elegantiſſimus eſt.

SECVRITAS AVGG. *Figura muliebris ſtans, cubito ſiniſtro columnæ innixa, dextram capiti admovet: in imo* PLN.

Typus hic eſt adhiberi ſolitus repræſentandæ Securitati. Spectabilem reddit forma major ſolita, & quæ in hoc metallo, maximi moduli habetur.

Hic nummus maximi moduli rariſſimus eſt.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. *Tria ſigna militaria: in imo* PTR.
Devicto Maxentio, republicaque ab immaniſſimi tyranni jugo in libertatem adſerta nummi ſtatim cuſi in Optimi Principis honorem. *Dicendus in Urbem ingreſſus eſt Imperatoris*, inquit Nazarius in panegyrico, *& in exprimendo Senatus, Populique Romani maximo gaudio ingrata, niſi & ipſa laſciviat oratio. Nullus poſt Urbem conditam dies Romano illuxit imperio, cujus tam effuſa, tamque inſignis gratulatio aut fuerit, aut eſſe debuerit, nulli tam læti triumphi, quos annalium vetuſtas conſecratos in literis habet.*
Hic nummus aureus inter rariores numerandus.

SOLI COMITI AVG. N. *Sol ſtans Imperatori ſtanti Victoriam globo inſiſtentem porrigit: pro pedibus Imperatoris figura ſupplex: in imo* SMT.
Solem Comitem dixere Ethnici Conſtantini, quod quemadmodum Sol invictus eſt, & a nulla vi in decurrenda æquabiliter ſua orbita retardatur, ita Conſtantinus uno Victoriarum tenore hoſtes Romani nominis domuerit victor ſemper, & triumphator. Fortaſſe nummus alludit ad ea, quæ Eumenius recitat in panegyrico; *vidiſti, credo, Conſtantine, Apollinem tuum, comitante Victoria, coronas tibi laureas offerentem, quæ tricenum ſingulæ ferunt omen annorum.*
Hic nummus aureus raritatis eſt ſingularis.

SOLI INVICTO COMITI. *Sol capite radiato coronam imponit Imperatori dextra labarum tenenti: in imo* AQ. *Diverſi ſunt typi.*
Frequenter per hæc tempora cernitur in nummis hæc epigraphe uſurpata. Templum Soli erectum ab Aureliano ſpecialem cultum Romæ obtinuit, cui ob victorias Auguſtorum jugiter ſupplicabant.
Hi nummi ex auro, & ex argento rari ſunt.

VBIQVE VICTOR. *Imperator paludatus ſtans inter duos captivos ſedentes, dextra tenet ſpiculum tranſverſum; ſiniſtra globum: in imo* PTR.
Ubique Victorem Conſtantinum Oratores ejus ætatis prædicant. *Non enim feſſus præliis*, inquit auctor incertus in panegyrico 6. *& expletus victoriis, ut natura fert, otio te, & quieti dediſti; ſed eodem impetu, quo redieras in Gallias tuas, perrexiſti ad inferiorem Germaniæ limitem .... Quiſnam ille eſt tam continuus ardor? quæ divi-*

divinitas perpetuo vigens motu? .... Tu Conſtantine, ſolos infatigabilis bellis bella continuas, victorias victoriis cumulas; & quaſi præterita ſint obliterata, ſi deſinas, non putas te viciſſe, niſi vincas.
Hic nummus aureus rarioribus adnumerandus.

VBIQVE VICTORES. *Imperator gradiens, dexra haſtam, ſiniſtra globum: in imo* PR.
Hæc epigraphe reſpicit Conſtantinum, & Licinium Auguſtos, eorumque victorias, alteram, quam Conſtantinus de Maxentio reportaverat anno 312. & alteram, quam Licinius de Maximino anno 313.
Hic nummus aureus inter rariores recenſendus.

VICTOR OMNIVM GENTIVM. *Imperator ſtans, dextra tenet ſignum militare, ſiniſtra clypeum: dextrorſum duæ figuræ genuflexæ, manus in altum tendentes; ſiniſtrorſum altera figura manibus ligatis: in imo* PTR.
Gentes a Conſtantino devictas enumerat Nazarius in panegyrico, Bructeros, Chamavos, Cheruſcos, Vangionas, Alemannos, Tubantes. Duæ figuræ genuflexæ exhibent Franciam, & Alemanniam, tertia manibus revinctis Sarmatiam.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VICTORE AVG. N. VOTIS. *Victoria inſidens ſpoliis cum clypeo, in quo* X. MVL. XX. *ante ipſam trophæum inter duos captivos ſedentes: in imo* PT.
Quum celebrabantur Vota ſive Quinquennalia, ſive Decennalia, ſive Vicennalia, potiſſimum Victorias ab Auguſtis obtentas in nummis conſignare ſolemne erat.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VICTORIBVS AVGG. NN. VOTIS X. ET XX. *Victoria in quadrigis: in imo* PTR.
Quum ad mortem Conſtantii, quæ contigit die 25. Julii anni 306. referendum ſit initium imperii Conſtantini, propius vero videtur celebraſſe Decennalia anno 316. quæ celebrari non ſolebant niſi anno completo. Quod Euſebius confirmat addens etiam ritum, quo illa Conſtantinus celebravit: *Dum in hoc ſtatu eſſet, decimus imperii ejus*

ejus annus evolutus eſt: cujus rei cauſa feſtis diebus per univerſum orbem Romanum celebratis, preces cum gratiarum actione, tanquam puras victimas, ignis, & nidoris expertes, Deo omnium regi obtulit.
Hic nummus aureus maximi moduli raritate, & elegantia inſignis eſt.

VICTORIA AVGVSTORVM. *Imperator dextra globum tenens, ſiniſtra haſtam, a Victoria coronatur: in imo* SH. TS.
Victoria hæc eſt, quam Conſtantinus retulit de Maxentio, quæ & Licinio tribuitur, cui conſors erat in imperio. Neque enim adſcribi poteſt Conſtantino, & Criſpo, quum hic Cæſar tantum eſſet, quando Francos, & Alamannos vicit, non Auguſtus.
Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VICTORIA AVGG. NN. *Victoria ſtans, coronam lauream dextra tenet, palmæ ramum ſiniſtra: in imo* TRS. *In aliis* VICTORIA DD. NN. AVGG.
Hoc nummo, qui & ipſe fortaſſe cuſus eſt occaſione Votorum Decennalium, exhibentur victoriæ obtentæ a duobus in Imperio conſortibus Conſtantino, & Licinio de Maxentio a primo, & de Maximino a ſecundo.
Hi nummi argentei rariſſimi ſunt.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria thoraci inſidens, clypeo genu innixo inſcribit* VOT. XX. *in imo* SIRA. *Diverſi ſunt typi.*
Vicennalia, de quibus in nummo, celebravit Conſtantinus anno 325. in Oriente, eaque complevit Romæ anno ſubſequente 326. Ad Victoriam ſpectat typus, quam de Licinio retulerat anno 323.
Hi nummi aurei inter rariores ſcribendi.

Eadem epigraphe. Victoria gradiens, dextra gerit trophæum, læva palmam: a dextris in area ☧. *a ſiniſtris* XXII. *in imo* SMAN.
Notabile eſt in hoc nummo monogramma Chriſti, quod primum in nummis comparet. Hoc ita deſcribit Euſebius l. I. de Vita Conſtantini, *linea tranſverſa per mediam literam* P. *ducta*. Hoc in labaris, hoc in ſcutis pius Imperator inſculptum voluit.
Hic nummus aureus præſtantiſſimus, & rariſſimus eſt.

Sine

Sine epigraphe. Caput Conſtantini corona ex lauro, & gemmis cinctum, ore ſublimi cœlum ſpectat.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. *Victoria armis inſidens, puero adſtante cum clypeo, in quo* VOT. XXX. *in imo* SMNC.

Tricennalia vota celebravit Conſtantinus anno 335. quo die 25. Julii trigeſimum imperii annum numerare incipiebat, quod poſt Auguſtum nemini alii contigerat. Anno tamen altero 337. die 22. Maii mortem obiit.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VICTORIAE PERPETVAE. *Victoria inſidens ſpoliis, cum puerulo, & clypeo, in quo* VOT. XX. *in imo* SMT.

Perpetuam Victoriam in feſtis iſtis Vicennalibus celebratam, aliam eſſe non poſſe, quam quæ a Conſtantino relata eſt de Licinio æmulo in imperio potius quam ſocio, illud oſtendit, quod inde perpetua ſecuritas conſequuta eſt in imperio, & quies perpetua in Imperatore.

Hic nummus aureus ſingularis eſt raritatis.

VIRTVS AVGVSTI. *Leo ſtans, ſupra quem clava tranſverſa: in imo* TARL.

Ut Virtus in robore, & viribus ſita, Herculi ab antiquis tribuebatur, ita, ut Auguſtorum virtus commendaretur, Herculi pares illos faciebant, cujus ſymbolum clava in nummis ſæpe ſculpta eſt.

Hic nummus aureus inter rariores collocatur.

VIRTVS CONSTANTINI AVG. *Conſtantinus paludatus ſtans inter duos captivos, trophæum tenet dextra, ſcipionem ſiniſtra demiſſa: in imo* SMTG.

Egregia virtutis militaris ſpecimina Conſtantinus edidit uſque ab initio imperii, quum Francos, qui in Gallias irruperant, profligavit captis duobus eorum Regibus. *Tu*, inquit Nazarius in panegyrico, *Imperator optime, inito principatu adhuc ævi immaturus, ſed jam maturus imperio oſtendiſti curſum ætatis non expectandum in feſtinatione virtutis.*

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VIRTVS EXERCITVS GALL. *Mars gradiens, dextra tenet haſtam, ſiniſtra trophæum; hinc inde duo captivi humi ſedentes: in imo* PTR.

De

De Gallici Exercitus virtute diximus, ubi ſimilis nummus explicatus eſt cum epigraphe GLORIA EXERCITVS GALL. Eſt enim gloria manifeſtatio Virtutis, & recte factorum per ora hominum divulgatio.

Hic nummus aureus rariſſimus eſt.

VOTA PVBLICA. *Imperator paludatus ſtans inter duas figuras muliebres, quarum una turrita Victoriam globo inſiſtentem ei porrigit, altera coronam: in imo* PTR.

Mulier turrita videtur eſſe Roma, ſive Romanum imperium, quod terrarum orbem victoriis domitum, regendum Conſtantino tradit. Mulier vero altera coronam porrigens Lætitiam publicam repræſentat, per quam exultatio, & gaudium populorum oſtenditur, dum Conſtantinus Romani imperii regimen ſuſcipit. Nummus ſub imperii exordia cuſus.

Hic nummus aureus raritatis eſt ſingularis.


VOTIS V. MVLTIS X. *Victoria ſedens clypeo cippo impoſito inſcribit* VICTORIA AVGVSTI: *in imo* PMR.

Vota Quinquennalia peracta ſunt a Conſtantino, ut ſupra dictum eſt, anno Chriſti 311. & ſimul Decennalia ſuſcepta, eaque non ſemel celebranda decem annis imperii abſolutis, ſed pluries repetenda eadem felicitate. Hoc eodem anno contigit celebris illa Crucis adparitio per meridiem, cujus rei teſtis non Conſtantinus ſolus fuit, ſed omnis exercitus. Id indicat panegyriſta Conſtantini per ea verba: *in ore eſt omnium Galliarum exercitus viſos, qui ſe divinitus miſſos præferebant ..... Magnum hoc, Imperator maxime, ſed de tua pietate non mirum. Adeſſe tibi in omnibus ſummam illam majeſtatem, quæ te circumflexa tueatur, conjectura mentium tenebamus, etſi nondum ad fidem patebat oculorum.* Non agnoſcit quidem Orator gentilis clare, & aperte Crucis adparitionem, ſed *Cæleſtium armorum lucem terribilem, ſed exercitus divinitus miſſos* ſpectantibus omnibus teſtatur.

Hic nummus tam aureus, quam argenteus inter rariores nnmerandus eſt.


NU-

NUMISMATA
MAXIMI MODULI
ITALICE
MEDAGLIONI.



DIVOS. IVLIVS. Caput Julii laureatum.
CAESAR. DIVI. F. Caput nudum Auguſti.






J·B·Sintes ſculp·

* M. ANT. IMP. TER. COS. Capita adverſa Antonii, & Cleopatræ. L. ATRATINVS. PRAEF. CLAS. F. C. Duæ figuræ ſtantes in curru, quem quatuor equi marini trahunt. Ad imam partem areæ ΔΞHS. *In muſeo Inſtituti Scientiarum Bononiæ*; *eidem* BENEDICTI XIV. *P. M. munificentia dono dato.*

* M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TER. III. VIR. R. P. C. Capita jugata M. Antonii, & Antonii filii, ex adverſo caput Cleopatræ.

M. OPPIVS. CAPITO. PROPR. PRAE. CLASS. Navis cum velo, & remis: infra Γ & triquetra. *In muſeo olim Corrario, nunc Piſano.*



J. B. Sintes sculp.

AVGVSTVS. Caput Auguſti ſine corona.
C. A. *Cæſarauguſta*. In laurea.

SCIPIONE. ET. MONTANO. II. VIR. C. C. A. Fulmen alatum.
COLONIA. PATRICIA. In laurea.

CAESAR. PONT. MAX. Caput Auguſti laurea ornatum.
ROM. ET. AVG. Templum cum duabus Victoriis hinc, & inde cippo impoſitis.

DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Caput Auguſti radiatum.
S. C. In corona quercea.

* DIVVS. AVGVSTVS. Caput Auguſti laureatum, ſiniſtrorſum converſum.
IMP. NERVA. CAESAR. AVGVSTVS. REST. In area S. C. *Cum circulo æreo, in muſeo Piſano.*


* CAESAR . AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Caput Auguſti laureatum, dextrorſum converſum: pone caput Victoria coronam nectens.

SALVIVS . OTHO . A. A. A. F. F. In area S. C. *Cum circulo æreo, in muſeo Em. Card. Alexandri Albani, nunc Vaticano.*

* DIVVS . AVGVSTVS . PATER. Caput Auguſti radiatum, d. c. S. C. Aquila alis expanſis inſiſtens globo. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*




IN-




INDVLGENTIAE. AVG. MONETA. IMPETRATA. Caput Juliæ velatum.

CAESARI. AVG. COL. A. A. P. Auguſtus in quadrigis cum ſcipione.




AGRIP-



* AGRIPPA. Caput M. Agrippæ corona roſtrata inſigne, d. c. MVNICIPI. PARENS. Navis apluſtrum. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*





TI. CAESAR. AVGVSTI. F. IMPERATOR. Caput Tiberii nudum.

Sine epigraphe. Templum pulcherrimum.

* TI. CAESAR. AVGVSTVS. Caput Tiberii laureatum, ſ. c.

DIVVS. AVGVSTVS. MVN. TVR. Auguſtus ſedens in ſella curuli capite radiato, dextra fulmen, ſiniſtra haſtæ innititur. *In muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

* TI. CAE. DIVI. AVG. F. AVG. IMP. VIII. COS. IIII. Caput Tiberii nudum, d. c.

PERMIS. P. DOLABELLAE. PROCOS. C. L. GAVIO. CAS. Mercurius nudus ſedens in rupe, dextra caduceum alatum, ſiniſtra rupi impoſita: in area C. P. I. *In muſeo Piſano.*

* TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. IMPERATOR. V. Caput Tiberii nudum, d. c.

ROM. ET. AVG. Ara cum duabus Victoriis hinc, inde cippo impoſitis. *In muſeo Piſano.*




J.B. Sintes. ſculp.

* TI. CLAV. CAE. AVG. P. M. TR. P. ſ. c. In laurea.
ANTONIA. AVG. Caput Antoniæ, d. c. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. Carthuſ. Romæ.*

* TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. In area S. C.
GERMANICVS. CAESAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N. Caput Germanici nudum, d. c. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*


* CLAVDIVS. CAESAR. AVG. GER. Caput Tiberii Claudii laureatum, ſ. c.
NERO. CLAVDIVS. DRVSVS. GERMAN. Arcus, ſupra quem Druſus eques: hinc, inde trophæum. *In muſeo Farneſiano Parmenſi, nunc regio Neapolitano.*



AGRIPPINA . M. F. MAT. C. CAESARIS . AVGVSTI. Caput Agrippinæ.

S. P. Q. R. MEMORIAE. AGRIPPINAE. Carpentum. [*Cum circulo æreo, in muſeo Piſano.*]

* S. P. Q. R. P. P. OB. CIVES. SERVATOS. In corona quercea. *In muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*



NERO. CLAVDIVS. CAES. AVG. GER. Caput Neronis laureatum.
P. M. TR. P. IMP. P. P. DECVRSIO. Nero eques.

NERO. CLAVD. CAESAR. AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P.
Caput idem.
ROMA. S. C. Roma inſidens ſpoliis, dextra Victoriolam.

* ADLOCVTIO COH. Nero togatus ſtans pro ſuggeſtu, figura adſiſtente pariter togata, adloquitur milites ſigna gerentes, juxta Prætorium. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* AVGVSTI. POR. OST. S. C. Portus Oſtiæ cum decem navibus, & Neptuno, ſeu Portuno decumbente. *In muſeo Theupolo.*

* CONG. II. DAT. POP. R. Nero ſedens ſupra ſellam curulem in ſubſtructione, cum duabus figuris ſtantibus cum teſſera, & altera ſedente: ſcalam duæ figuræ aſcendunt, major una, altera minor. *In muſeo Piſano.*

DE-

* DECVRSIO. Duo equites decurrentes. *In muſeo Theupolo.*

* PACE. P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT. Templum Jani. *Cum circulo æreo, in muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Vir armatus ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*






* SER. SVLPI. GALBA. IMP. CAESAR. AVG. Caput Galbæ laureatum, cum paludamento ad pectus; ſ. c.
ADLOCVTIO. Imperator paludatus in ſuggeſtu, adſtante alia figura paludata adloquitur milites, ſigna legionaria ferentes. *Cum circulo æreo, in muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* IMP. SER. GALBA. AVG. TR. P. Caput Galbæ laureatum, cum paludamento ad pectus, ſ. c.
S. P. Q. R. In corona quercea. *Cum circulo æreo, in muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

IMP.




J. B. Sintes sculp.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. IIII. CENS. Caput Veſpaſiani laurea redimitum.
S. C. Imperator in quadrigis.

IMP. VESPASIANVS. AVG. P. M. TR. P. COS. Caput idem.
S. C. Imperator ſtat ante palmam arborem, ad cujus imum captivus. *Ex Cimelio Principis Auguſtini Chiſii.*

* IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Caput Veſpaſiani laureatum, d. c.
ADLOCVTIO. Imperator ſtans in ſuggeſtu cum Prætoriano, adloquitur cohortes. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

IMP.




IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PERP. P. P.
Caput Domitiani laureatum.
S. C. Imperator paludatus ſtans, pede dextro captivum calcat.

* IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P. P.
Caput Domitiani laureatum, ſ. c.
IOVI VICTORI. Jupiter ſeminudus ſedens cum ſuppedaneo, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtæ innititur. *Cum circulo æreo, in muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* CAES. DIVI. AVG. VESP. F. DOMITIAN. COS. VII. Caput Domitiani laureatum, ſ. c.
S. C. Mulier ſtolata ſtans, dextra florem trifidum, ſiniſtra veſtem colligit. *Cum circulo æreo, in muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

IMP.



J. B. Sintes sculp.

IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. TR. P. COS. V. P. P. Caput Trajani laurea inſigne.

ADVENTVS. AVG. S. P. Q. R. OPT. PRINCIPI. Trajanus eques, præeunte dea Felicitate, & ſequentibus tribus militibus.

* IMP. CAES. NER. TRAIANO. OPTIMO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Caput Trajani laureatum, ad pectus cum paludamento, ſ. c.

CONSERVATORI. PATRIS. PATRIAE. S. C. Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam puram, pallio Imperatorem togatum ad dextram ſtantem protegit. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*


* IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Caput Trajani laureatum, ſ. c.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. S. C. Figura galeata ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam, ante quam Barbarus pileatus genuflexus. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* VRBS. ROMA. AETERNA. Imperator ſacra faciens in aditu Templi ſex columnarum; ad dextrum latus ſtant duæ figuræ, ad ſiniſtrum tres, tibicine intermedio, & tauro ad ſiniſtram. *In muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Circus Maximus. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*





Sinteſ ſculp

HADRIANVS. AVGVSTVS. Caput Hadriani laureatum.

ADVENTVS. AVG. PONT. M. P. P. Imperator eques duobus ſequentibus militibus, adſtat Roma galeata ramum ipſi porrigens, pone eam ſeptem colles: ad imum, Tiberis decumbens innixus urnæ aquas vomenti cum voce TIBERIS.

AFRICA. COS. III. P.P. Navis prætoria cum remigantibus, & velis, ſupra eam milites armati; Victoria temonem agit.

COS. III. S. C. Hercules nudus ſtans, dextra innixa clavæ, ſiniſtro humero ramum gerit.

COS. III. S.C. Navis Prætoria cum remigantibus, & velo expanſo, in quo FELICITAS. AVG.

COS. III. Roma galeata inſidens ſpoliis aliquid recipit ab Imperatore velato ſtante; illa ſiniſtra haſtam, hic ſcipionem gerit.

COS. III. P. P. Mulier ſeminuda ſedens dextram capiti admovet, cubito lævo cornucopiæ innixo: ante ejus ubera, ſerpens in gyros ſeſe erigit.

P 2 Eadem

Eadem epigraphe. Jupiter ſeminudus ſtans, pone quem arbor, dextra pedes arietis trahit verſus aram juxta templum poſitam, ſiniſtra ſecurim gerit. [*Sine epigraphe in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*]

Eadem epigraphe. Victoria in bigis dextra equorum habenas agens, ſiniſtra palmam tenet.

DECVRSIO. Imperator paludatus eques præeunte figura; ille dextra haſtam, læva clypeum gerit.

EXERCITVS. PARTHICVS. Imperator ſtans in ſubſellio cum duabus aliis figuris militaribus adloquitur cohortes.

Capita Hadriani, & Sabinæ jugata.

GENIO. AVGVSTI. Genius ſeminudus ſtans, dextra pateram ſuper aram, ſiniſtra cornucopiæ gerit.

GENIVS. POPVLI. ROMANI. Genius ſeminudus ſtans, ſacra facit ſuper aram, læva cornucopiæ geſtat.

MONETA. AVGVSTI. Mulier tunicata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ.

PONT. MAX. TRIB. POT. II. LIBERALITAS. AVG. Hadrianus, & Sabina ſedentes in ſubſtructione; adſtat Liberalitas a dextris, pone figura togata; Romanus ſcalam aſcendit pro congiario recipiendo.

PONT. MAX. TR. POT. COS. III. Pallas galeata gradiens, dextra telum inverſum, ſiniſtra clypeum.

Eadem epigraphe. Jupiter ſedens, dextra Victoriam, ſiniſtra haſtam: ad pedes aquila.

Eadem epigraphe. Figura muliebris tunicata ſtans, dextra ramum, læva cornucopiæ.

P. M. TR. P. IIII. COS. III. Tres figuræ ſtantes; Jupiter ſeminudus cum pallio dextra ſubmiſſa fulmen, læva haſtam, ad pedes aqui-

aquila: a dextris Pallas ſiniſtra innixa clypeo; a ſiniſtris vero Venus Victrix galeata, dextra pateram, læva haſtam.

P. M. TR. P. COS. III. Roma galeata inſidens ſpoliis, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam: pro pedibus clypeus.

S. C. Hercules, pone quem Leo, inſidet ſpoliis, dextra clavæ innixa, læva trophæum gerit.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. VOTA. SVSCEPTA. Jupiter, & Genius ſacra faciunt ad aram; ille ſceptrum ſuper humeros gerit, hic cornucopiæ ſiniſtra gerit.

Sine epigraphe. Imperator togatus ſtans, dextram porrigit mulieri galeatæ, pone Hadrianum Genius ſtat ſeminudus; hinc figura inſidet monticulis, quibus innititur, illinc mulier decumbens humi, læva innixa urnæ aquas vomenti, cui impoſitus eſt Delphin.

Sine epigraphe. Neptunus ſtans nudus cum ſtrophio, illinc Roma, ſeu Pallas galeata: ille læva tridentem, hæc haſtam, & clypeum: ambo dextram verſus palmam arborem porrigunt.

Sine epigraphe. Ceres cum creſcente luna in capite gradiens, utraque manu facem ardentem gerit.

Sine epigraphe. Pons Ælius cum quinque fornicibus.

Sine epigraphe. Tres figuræ ſtantes: Juno a dextris, ad cujus pedes Pavo, Jupiter in medio fulmen geſtans, Pallas galeata a ſiniſtris læva haſtam.

Sine epigraphe. Apollo nudus ſtans cum ſtrophio ante tripodem, pone eum laurus arbor, dextra ramum, ſiniſtra arcum, adſtat menſa, ſupra quam vas diotum. *E muſeo Principis Auguſtini Chiſii.*

Sine epigraphe. Sus cum porcellis ſub ficu ruminali.

* HADRIANVS. AVGVSTVS. Caput Hadriani laureatum, ſ. c. COS. II. P. P. Cybele ſiniſtra tympanum gerens ſedet in curru, a quatuor leonibus tracto. *In muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*

COS.

* COS. III. Mars ſtans, dextra expanſa, ſiniſtra haſtam. *Cum circulo æreo, in muſeo Piſano.*

* COS. III. FORT. RED. Fortuna ſedens, dextra temonem, ſiniſtra cornucopiæ. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* DIVAE. MATIDIAE. SOCRVI. S. C. Templum diſtylum cum ſimulacro: hinc, inde porticus. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* FELICITATI. AVG. Triremis prætoria roſtrata, delphinis circumſalientibus: ſedet in puppi ad clavum Imperator militaribus ſignis adpoſitis; in prora Minerva jaculatrix, & Genii marini. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* IOVI. OPTIMO. MAXIMO. S. P. Q. R. In corona quercea. *In muſeo Florentino.*

* IVDEA. Imperator togatus ſtans, dextram porrigit mulieri genuflexæ, quam circumſtant tres pueri. *Cum magno circulo æreo, in muſeo Piſano.*

* HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. Caput nudum, d. c.
S. P. Q. R. EX. S. C. Templum pulcherrimum decem columnarum, ad quod tribus gradibus aſcenditur; hinc inde columnæ cum ſimulacris impoſitis; & quatuor ſtatuæ ſtant ante templum. *In muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*

* HADRIANVS. AVGVSTVS. Caput Hadriani pelle leonis protectum.
TELLVS. STABILITA. Figura muliebris humi deſidens, dextra globo impoſita, circa quem pueri, ſiniſtra vitem complectitur. *In muſeo Theupolo.*

* VIRTVTI. AVGVSTI. Imperator eques, haſta leonem gradientem transfigit. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* VRBS. ROMA. AETERNA. Templum ſex columnarum, in cujus aditu Roma ſedet, dextra globum, ſiniſtra haſtam. *In muſeo Theupolo.*

Sine

* Sine epigraphe. Mercurius nudus ſtans, ſiniſtra caduceum, dextra arietem cornibus detinet. *Cum circulo æreo, in muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* Sine epigraphe. Tres figuræ ſedentes: Jupiter in medio cum fulmine in dextra, haſta in læva, & aquila coronam capiti imponente: a dextris Minerva galeato capite, a ſiniſtris Juno velata. *Cum circulo æreo, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Bacchus cum thyrſo, & Apollo cum lyra, quos ſimul ſedentes in curru trahunt jugatæ panthera, & capra: hujus dorſo inſidet Cupido tibias inflans. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Ulyſſes, ſive mavis, Neptunus ſtans nudus, pallio tantum ſiniſtrum femur tegente, pede lævo proræ navis impoſito, ſiniſtra manu conto ſubnixus adloquitur Minervam ex adverſo ſtantem, arbore intermedia; duobus ſerpentibus ante pedes Minervæ erectis. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* Sine epigraphe. Satyrus rupi inſidens ante aram accenſam, ſiniſtra cippo impoſita: ex adverſo ramus ex arbore aſcendit, ad cujus folia voranda caper in pedes aſſurgit. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* Sine epigraphe. Apollo ſedens cytharam pulſans, coram eo tribus Muſis ſtantibus. *In muſeo Theupolo.*

* Sine epigraphe. Caput Hadriani laureatum, d. c.
Sine epigraphe. Templum novem columnarum. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*




* SABINA. AVGVSTA. Caput Sabinæ ſpicis coronatum. ſ. c.
Sine epigraphe. Cybele turrita dextra tympanum, ſiniſtra ſcipionem leoni gradienti inſidet. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* SABINA. AVGVSTA. Caput Sabinæ, ſ. c.
Sine epigraphe, & ſine typo. *In regio Pariſienſi theſauro.*




L. AELIVS



I. B Sintes ſculp

* L. AELIVS. CAESAR. Caput Ælii nudum, ſ. c.
TRIB. POT. COS. II. S.C. Mulier velata ſedens ſupra ciſtam, ex qua ſerpens erumpit, dextra tædam geſtat, ſiniſtra ſpicas, quas Ælio togato ſtanti porrigit. *Cum circulo æreo, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* TR. POT. COS. PANNONIA. Figura muliebris ſtans, capite turrito, dextra vexillum elevat, ſiniſtra veſtem. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*



Caput Antonini Pii laureatum.

AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. F. COS. Caput M. Aurelii nudum.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. Caput Antonini ſine laurea.

AESCVLAPIVS. Serpens e navi exiliens ſub fornice pontis, prope quem figura decumbentis Tiberis: circa, plurimæ conſpiciuntur inſulæ Tyberinæ ædes.

IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Caput laurea ornatum.

COS. III. Imperator paludatus dextram porrigit Romæ galeatæ ſedenti: adſunt tres milites, duo cum haſtis, tertius clypeum, & trophæum gerit.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. M. TR. P. XVII. Caput ejus laureatum.

COS. IIII. Imperator ſedens coronatur a Victoria, cui Annona ſtolata ſtans ſpicas porrigit, ille læva chartam involutam tenet.

COS.

COS. III. Imperator paludatus in quadrigis dextra fulmen, ſiniſtra equos agit.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XVIII. Caput laureatum. COS. IIII. Hercules ſacrificat ſuper aram, ante eum victimarius, popa, & alius miniſter taurum ducens pro ſacrificio ante templum quatuor columnarum.

COS. IIII. Hercules juvenis, & imberbis inſidet ſpoliis, dextra clavam tenet.

COS. IIII. Jupiter ſtans ſeminudus cum pallio divinitatis, dextra globum ſuſtinet, cui inſiſtit Victoriola, ſiniſtra haſtam gerit; pro pedibus Aquila.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXII. Caput Pii nudum. COS. IIII. Imperator ſtat togatus, quem tres figuræ comitantur, earum ultima tibicen eſt, qui duas inflat tibias, ante eum duæ minores, quarum prima crotalum gerit. Ante Imperatorem quidam miniſter ſupra menſam tenet coronam.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXIII. Caput laureatum. COS. IIII. Imperator paludatus ſtans dextra ſcipionem, læva haſtam: ex adverſo decumbit Africa innixa ſcopulis, dextra ſupra caput Leonis, ſiniſtra ſpolia gerit, in eorum medio Victoria ſtans clypeum appendens trophæo. *Ex muſeo Hyer. Corrarii nob. Veneti.* [*nunc Piſano.*]

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXIII. Caput laureatum. NAVIVS. Augur nomine Navius genuflexus ante Tarquinium Priſcum ſtantem togatum, cotem cultro diſcidit, læva lituum tenet. *In theſauro Regio.*

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXIII. Caput laureatum. PIETATI. AVG. COS. IIII. Mulier ulnis puerulum geſtat, hinc & inde alius ad latera ſtans.

PROVIDENTIA. AVG. TR. P..... COS. IIII. Roma galeata inſidens monticulis ſub ficu ruminali, ſiniſtra parazonium tenet,

Q 2 ante

ante eam ſtat Imperator togatus læva ſceptrum, & adſtat mulier velata, & ſtolata gerens caniſtrum ſupra caput; ad latera Atis cum pileo Phrygio in capite.

P. M. TR. P. COS. II. Bacchus, & Ariadne nudi ſtantes in curru a Satyro, & Panthera tracto, ille thyrſum geſtat. *In theſauro Regio.*

IMP. CAES. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. Caput Pii nudum.
PONT. MAX. Imperator eques pacificatoris habitu dextram elevans.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. P. M. TR. P. XVIII. Caput laureatum.
TIBERIS. S. C. Fluvius barbatus decumbens dextra arundinem, læva urnæ aquas vomenti innixa.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Caput laurea cinctum.
TR. P. COS. IIII. Roma ſedens dextra Victoriam porrigit Antonino Pio ſtanti togato, quem ſequitur M. Aurelius pariter toga ornatus, illa cornucopiæ clypeo innixum læva gerit.

IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Laureatum.
TR. POT. IIII. COS. II. Roma Antonino paludato dextram porrigit, pone Imperatorem duo prætoriani.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. IMP. II. Caput laurea ornatum.
TR. POT. XX. COS. IIII. Jupiter nudus ſtans dextra haſtam, læva fulmen: pro pedibus Aquila: ex adverſo, a dextris Atlas genuflexus globum humeris imponit.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. Caput nudum.
Sine epigraphe. Diana venatrix ſtans cum Cane, & Cervo.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Sol in quadrigis nubes tranſcendit altera figura præeunte, altera humi decumbente.

Sine

Sine epigraphe. Fauſtina ſublimis tollitur inter alas Pegaſi.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. IMP. II. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Hercules ſtans dextra pomum colligit ex arbore, cui involutus eſt ſerpens, ſiniſtra clavam gerit inverſam cum ſpoliis Leonis: ex adverſo tres juxta arborem territæ videntur mulieres manus attollentes.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. Caput Antonini laureatum.
Sine epigraphe. Imperator nudus ſtat dextra clavam, læva ſpolia Leonis: pone eum arbor: ante, ſtant quatuor milites, quorum unus manum ejus deoſculatur.

Sine epigraphe. Fauſtina in Deam transformata inſidet equo tanquam Diana Lucifera, utraque manu tædam ardentem gerit.

Sine epigraphe. Mulier ſtolata ſtans, pone eam puerulus: ex adverſo Victoria ſcribit in clypeo palmæ arbori appenſo, læva palmæ ramum gerit.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. IIII. Caput idem.
Sine epigraphe. Diana ſtolata ſtans, dextra haſtam, læva Damam.

Sine epigraphe. Fauſtinæ puerperium cum ſeptem figuris, & puerulo, qui manus in altum attollit.

Sine epigraphe. Æneas ſiniſtra ducens Julum, e navi per tabulam graditur verſus Albam urbem, cujus muri viſuntur: in terra, prope littus Sus cum porcellis.

IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Porta urbis Albæ cum mœnibus, ante eam Sus cum procellis, & pone, Æneas ferens humeris Anchiſem; adeſt ficus ruminalis, & templum.

Sine

Sine epigraphe. Caſtor, & Pollux ſtantes pileati, una manu haſtam tenent, altera capiſtro equum retinent.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. IIII. Caput nudum.
Sine epigraphe. Hercules ſtat ante ſeptem Romæ colles, ſupra quos Lupa præbens ubera Romulo, & Remo: prope, avis Picus Marti conſecratus.

Sine epigraphe. Jupiter nudus ſtans dextra globum, cui inſiſtit, læva haſtam gerit: pro pedibus Aquila, ante Jovem arula, pone vero arbor.

ANTONINVS. PIVS. P. P. TR. COS. IIII. IMP. II. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Bacchus dormiens ſuper rupem juxta caput Apri, adſtat ei figura galeata gradiens dextra haſtam, læva pellem Nebridis gerit: ante baſis eſt, in qua icuncula cum fulmine.

IMP. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P..... Caput idem.
Sine epigraphe. Jupiter puerulus inſidet Capræ, ante quam baſis columnæ, in qua Aquila, & pone eam arbor.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XI. COS. IIII. Caput idem.
Sine epigraphe. Templum quatuor columnarum, ante quod Theſeus Centaurum genu lævo proſternit, dum dextra eum clava interficit, alius a ſiniſtris ſocium tueri conatur, alius a dextris occiſus jacet, retro Theſeum alius mulierem rapit. *Ex muſeo Epiſc. Appamienſis.*

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XV. COS. IIII. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Vulcanus ſtans dextra malleum, ſiniſtra clypeum ſuper incudem: ante eum galea baſi impoſita: pone autem, Pallas in cippo.

Sine epigraphe. Vulcanus ſedens dextra indicat: ante eum Pallas galeata ſtans dextra ſubmiſſa, læva inſiſtit clypeo: in eorum medio galea cippo impoſita.

AN-

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XIX. COS. IIII. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Roma galeata ſtans dextram imponit trophæo, ad cujus imum captivus lugens, illa haſtam, & clypeum læva gerit.

Caput Antonini laureatum.
TR. P. XIX. COS. IIII. Cabirus dextra ſubmiſſa malleum, læva ramum: pro pedibus Canis, ſtat Cabirus ante incudem, pone eum arbor.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXII. Caput Pii laureatum.
Sine epigraphe. Mulier tutulata inſidens monticulis, juxta quam ſtat puerulus a ſiniſtris, dextra haſtam gerit, ante eam figura nuda in vaſe, umbilico tenus, arbore intermedia.

Sine epigraphe. Vulcanus ſedens in ſella, cui dextra innititur, læva fulmen Palladi ſtanti porrigit.

IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. Caput laureatum.
S. P. Q. R. AN. F. F. OPTIMO. PRINCIPI. PIO. In quercea.

Caput Antonini Pii cum laurea.
Inſcriptio deleta. Horatius Cocles in undis natans: deſuper pons fractus, plurimæ hinc, & inde figuræ armatæ.

* ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. Caput Antonini laureatum, d. c.
AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. F. COS. Caput Aurelii nudum, cum lorica ad pectus; ſ. c. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* DIVVS. ANTONINVS. Caput Antonini nudum, ſ. c.
CONSECRATIO. Aquila volans, cujus dorſo inſidet Antoninus cum ſceptro; inferius figura jacens manum in altum protendit. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

COS.

* COS. III. Æſculapius a fronte ſtans. *Cum circulo æreo, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* COS. III.... Roma ſpoliis inſidens, quæ porrigit Juveni armato ante ſe ſtanti florem: pone Victoria manum galeæ Romæ imponens. *In muſeo Florentino.*

* IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. Caput Antonini laureatum, cum ægide ad pectus, ſ. c.
COS. IIII. Roma galeata cum haſta ad lævam, dextram porrigit Juveni armato, fortaſſe M. Aurelio, duobus Centurionibus hinc inde protecto. Pone Romam, mulier trophæum ſuper humeros geſtans. *Cum circulo æneo, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*

* COS. IIII. Hercules nudus ſtans, dextra clavam demiſſam, ſiniſtra pomum tenet; coronatur a Victoria. *In muſeo Theupolo.*

* ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. XV. Caput Antonini laureatum, cum lorica ad pectus, d. c.
COS. IIII. Jupiter nudus a fronte ſtans, ſiniſtra haſtæ innixus, dextra fulmen gerens, pallio ex humeris fluitante tegit Imperatorem togatum, dextra elata, ſiniſtra ſceptrum tenente. *Penes Franciſcum Palatium.*

* MVNIFICENTIA. Leo gradiens dextrorſum. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* IMP. T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS. AVG. PIVS. Caput Antonini laureatum, ſ. c.
TR. P. COS. II. S. C. Imperator laureatus ſedens ſuper ſella curuli in ſubſtructione, dextra extenſa, ſiniſtra haſtam, cum Præfecto Prætorii pone ſtante, ſiniſtra haſtam gerente: ſuper altera ſella ſedet M. Aurelius juvenis capite nudo, ambas manus extendens aliquid porrecturus Romano ſcalam aſcendenti aliquid accepturo. A dextris Aurelii ſtat figura cum teſſera; & juxta illum alia figura dextra elata, & ſiniſtra haſtam. In imo LIBERALITAS. AVG. *Apud Franciſcum Palatium.*

T. POT.

* T. POT. XX. COS. IIII. Jupiter in curru quatuor equorum, figuram ſerpentinis cruribus inſtructam fulminans. *Cum circulo æreo, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* VICTORIA. AVGVSTI. S. C. Victoria corona murali ornata, ſertum manibus geſtat. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Imperator capite laureato, dextra expanſa, ſiniſtra ſceptrum cum aquila in vertice, in curru cum duobus puerulis, quem quatuor equi trahunt. *Cum magno circulo æreo, in muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Mulier ſtans, ſerpentem paſcit ante Hermam menſæ impoſitum: pone arbor. *In muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Mulier ſtolata ſtans, dextra merum infundit pateræ, quam dextra porrigit Æſculapius ſedens, arula media; pone arbor. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* Sine epigraphe. Tres figuræ ſedentes; Jupiter in medio dextra fulmen, ſiniſtra haſtam; ad dextram Minerva galeata; ad ſiniſtram Juno velata. *In regio Pariſienſi theſauro.*

* Sine epigraphe. Hercules ſupra hominis ſtaturam, ſiniſtra pelle leonis amicta, dextram, in qua clava, porrigit quibuſdam deoſculandam: prope eum Cacus humi ſtratus, e vicino ſpecu abductus. *Cum circulo æreo, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Hercules cum exuviis leonis, ſiniſtra clavam, dextra arietem ad aram ignitam cornibus prehenſum trahit: a dextris arbor cum pharetra appenſa, a ſiniſtra Herma. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Figura muliebris humi reſidens cum modio in capite, bovi recumbenti brachio dextro innixa, ſiniſtra cornucopiæ, prope navis proram; circa eam quatuor pueruli, quorum duo encarpum in arcum curvatum ſuſtinent. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Templum rotundum elegantiſſimum; in quo ſupra baſim ſimulacrum cum thyrſo: hinc, inde porticus, vaſculis, & pateris ornata: ante templum tripos, ad quem a dextris victimarius capram trahit, a ſiniſtris figura ſuccincta calathum cum fructibus defert. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Prometheus in rupe ſedens, hominem effingens, ante quem Minerva galeata papilionem ſtatuæ capiti imponit: pone arbor, cui ſerpens obvolutus. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Imperator togatus ſtans, ſiniſtra temonem juxta globum, dextram extendit ad figuram in ſubjectum caniſtrum intentam; pone duæ navium proræ. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* Sine epigraphe. Diana ſtans, dextra veſtem ſublevat, ſiniſtra capiti impoſita: ad pedes canis latrans ad antrum, ex cujus vertice arbor aſcendit apri, & cervi capitibus adpoſitis: pone Dianam arcus, & pharetra. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Mercurius nudus ſtans ante columellam, cui eſt impoſita patina cum globo, dextra tenet hircum, ſiniſtra caduceum; pone arbor. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* Sine epigraphe. Imperator ſtans ſcribit in clypeo, quem Victoria ad cippum detinet: duæ puellæ dextram attollunt: pone mulier cum duobus puerulis Imperatori coronam imponit. *In muſeo Florentino.*


* Sine epigraphe. Imperator ſtans, a dextris icuncula, a ſiniſtris Victoria, dextra elevans clypeum, ſiniſtra palmam. *In muſeo Theupolo.*

* Sine epigraphe. Hercules ad menſam ſedens cum Pinario, & Potitio ſuper graminis faſciculos, adſtantibus aliis miniſtris: hinc vitis, inde vaſa vini plena, cum vaſe ingenti cippo grandiori impoſito. *In muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

Sine

* Sine epigraphe. Jupiter nudus ſtans, dextro brachio pallium ſuſtinens, ſiniſtra haſtæ innixus; ex adverſo Ceres velata ſedet, ſiniſtra facem gerens, dextram modio imponens. *In muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

* DIVVS. ANTONINVS. Caput Antonini nudum, d. c.
Sine epigraphe, & ſine typo. *In muſeo Inſtituti Scientiarum Bononiæ.*



FAVSTINA . ANTONINI . PII . P. P. Caput Fauſtinæ .
Sine epigraphe . Sex figuræ muliebres ſacra faciunt ad aram coram templo rotundo .

Sine epigraphe . Cybele vecta Leone ſiniſtra innixa crotalo .

DIVA . AVGVSTA . FAVSTINA . Caput Fauſtinæ velatum .
AETERNITAS . Mulier ſtolata ſtans dextra globum , cui inſiſtit Phœnix , læva Palladium .

CONSECRATIO . Fauſtina in bigis circumdata velo , adſtat figura muliebris alata regens equos .

MATRI . DEVM . SALVTARI . Cybele vecta Leone .

MATRI . DEVM . SALVTARI . Templum diſtylum a latere cum ſex gradibus , in quo ſedet Cybele inter duos Leones , a ſiniſtris extra templum ſtat Atys lævam elevans verſus arborem .

VESTA .

VESTA. Figura velata, & ſtolata ſtans, dextra pateram tenet ſuper aram, læva Palladium: ante, icuncula columnæ impoſita.

Sine epigraphe. Antoninus togatus ſtans, Victoriam porrigit Fauſtinæ globo cæleſti inſidenti, ille læva chartam involutam tenet.

Sine epigraphe. Cybele turrita ſedens inter duos Leones: a dextris ſtat Atys pileo Phrygio in capite, dextra pedum.

Sine epigraphe. Fauſtina ſtolata ſedens in carpento a duabus mulis vecto.

. . . . . . Coriolanus cum exercitu pugnans contra Romanos, cui Veturia mater, & Volumnia uxor cum pueris occurrunt.

* DIVA. AVGVSTA. FAVSTINA. Caput Fauſtinæ velatum, f. c. Sine epigraphe. Diana gradiens cum lunula in capite, dextra facem, ſiniſtra veſtem attollens. *Cum circulo æreo, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* CONSECRATIO. S. C. Genius alatus ambabus manibus facem præferens Fauſtinæ animam ſuper aera vehit. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*


* SECVRITAS. Figura muliebris ſeminuda ſedens, dextra innixa capiti, ſiniſtra cornucopiæ gerens, alteri cornucopiæ cubito dextro impoſito: ſerpens verſus faciem a ſiniſtris erigitur. *In muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Biga, in quam Fauſtina adſcendit. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Matris Deum, ſive Idææ ſimulacrum Romam advectum ſuper triremi per Tiberim, a Claudia Veſtali exceptum Matronis ſtipata, quarum una faces gerit. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Sine epigraphe. Figura muliebris velata ſtans a fronte, dextra facem demiſſam ad aram accendit, ſiniſtra alteram facem accenſam geſtat; a læva cippo impoſitum Cereris ſimulacrum utraque manu tædam gerens in curru a duobus ſerpentibus tracto. *In muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

M. AV-



J. B. Sintes sculp.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXVII. Caput laureatum.

ADVENTVS. AVG. IMP. VI. COS. II. Imperator gradiens a Victoria ductus præeunte milite cum vexillo, & altero comitante verſus arcum triumphalem: pone M. Aurelium templum, ante quod ara.

Caput M. Aurelii laureatum.

COMMODVS. CAES. GERM. ANTONINI. AVG. GERM. FIL. Caput Commodi ſine laurea.

M. AVR. ANTONINVS. AVG. P. M. TR. P. XXII. Caput laureatum.

COS. III. Victoria ſiniſtra innixa columnæ, dextra coronam, læva palmam.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TR. POT. XXXIIII. Caput laureatum.

COS. III. P. P. IMP. X. Fluvius decumbens juxta pontem, dextra cymbam tangit, læva urnæ aquas vomenti innixa.

M. AV-

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXV. Caput laureatum.
IMP. VI. COS. III. VICT. GERM. Victoria in quadrigis dextra regit equos, læva palmam gerit.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXVII. Caput laureatum.
IMP. VII. COS. III. Imperator paludatus in quadrigis currentibus dextra fulmen in barbarum vibrans, læva geſtat palmam.

M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TR. P. XXX. Caput laureatum.
IMP. VIII. COS. III. Imperator paludatus ſtans, dextra Victoriam porrigit Romæ ſpoliis inſidenti, quæ manum extendit, ſiniſtra haſtam gerit.

M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TR. P. XXXI. Caput laureatum.
IMP. VIII. COS. III. P. P. Imperator eques pacificatoris habitu.

Eadem epigraphe. Imperator in quadrigis cum duobus pueris, Victoria ante currum gerit trophæum per aera volitans: Roma galeata pedes præit, læva haſtam.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. SARM. TR. P. XXXII. Caput idem.
IMP. VIIII. COS. III. P. P. Figura virilis nuda ſtans, dextra trophæum tangit, ad cujus imum duo captivi decumbentes, illa ſiniſtra haſtam gerit.

AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. F. COS. Caput M. Aurelii nudum.
PIETAS. AVG. S. C. Vaſa Pontificalia.

M. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXIIII. Caput Marci laureatum.
PROFECTIO. AVG. COS. III. M. Aurelius, & juxta Commodus, in equis decurrunt, præeunte milite cum labaro, & altero ſubſequente cum ſigno militari.

M. AN-

M. ANTONINVS . AVG. P. P. COS. III. Caput laurea inſigne.
SPES . PVBLICA . Modius ſpicis refertus.

AVRELIVS . CAESAR . AVG. PII . F. TR. P. II. COS. II. Caput nudum.
TEMPORVM . FELICITAS. Hercules nudus in quadrigis Hippocentaurorum dextra clavam, læva trophæum. *In muſeo Barberino.*

AVRELIVS . CAESAR . ANTONINVS . AVG. PII . F. Caput idem.
TR. POT. III. COS. Mars galeatus, & nudus inſidens rupibus Venerem ulnis amplectitur, ille læva haſtam, hæc ramum gerit: ante Martem, ſignum militare.

TR. POT. III. COS. II. Apollo nudus ſtans ante tripodem, dextra ſubmiſſa plectrum, ſiniſtra arcum: ante eum, vas anſatum ſuper aram, in imo pharetra.

TR. P. V. Roma ſedet, ante eam Pax ſtat dextra ramum olivæ gerens.

TR. P. VIII. COS. II. Figura ſeminuda ſtans, dextra equum capiſtro tenet, ſiniſtra baculum.

TR. POT. XII. Roma ſedens ſiniſtra innixa clypeo, ante eam cippus, in quo ipſius galea; adſtat mulier coronam imponens.

TR. P. XIII. COS. II. Pallas galeata ſtans,dextram adponit globo tripodi impoſito, ſiniſtra haſtam, ad cujus imum clypeus, in quo ſerpens; pone Palladem arbor, ſub cujus ramo noctua inſiſtit.

TR. POT. XIIII. COS. III. Pallas galeata ſtans,ſuper aram ſacra facit: Serpens in clypeo, ſupra quem noctua; illa haſtam gerit.

M. AVRELIVS . ANTONINVS . AVG. ARMENIACVS . P. M. Caput.
TR. P. XIX. IMP. II. COS. II. Figura muliebris ſtat ad aram ſub arbore poſitam, dextra pateram, læva ſpicas tenet.

TR. P.

TR. P. XX. IMP. III. COS. Roma galeata ſtans, ſuper aram ſacrificat, in qua ſerpens circumvolutus: ante eam ſtat Victoria cum palma.

M. ANTONINVS. AVG. ARM. PARTH. MAX. Caput laureatum.
TR. P. XXII. IMP. IIII. COS. III. Jupiter nudus ſtans cum pallio divinitatis, ſub quo hinc M. Aurelium, inde L. Verum tegit.

TR. P. XXIII. IMP. V. COS. III. Mulier ſtolata ſedens, cui duo pueruli cornucopiæ ingens proferunt.

M. ANTONINVS. AVG. TR. POT. XXV. Caput idem.
VICT. GERM. IMP. VI. COS. III. Quadrigæ, in quibus Victoria.

M. ANTONINVS. AVG. ARM. PARTH. MAX. Caput idem.
VOTA. PVBLICA. TR. P. XXII. IMP. IIII. COS. III. Imperator ſacra facit ad aram cum Victimario, Camillo, duobus Tibicinibus, & Citharœdo.

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. P. M. TR. P. XXV. COS. III. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Imperator eques pacificatoris habitu.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. ARMENIACVS. IMP. II. TR. P. XIX. COS. III. Caput idem.
Sine epigraphe. Mulier ſtat frumentum e cornucopiæ in modium transfundens; viſitur prora navis.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. P. M. IMP. II. TR. P. XVIII. COS. III. Caput laureatum.
Sine epigraphe. Mulier ſtans porrigit pateram Serpenti, quam Salus ſuper aram tenet, in qua vas anſatum: pone, arbor.

Eadem epigraphe. Tres figuræ, duæ ſtantes, tertia ſedet: menſa, ſupra quam vas.

Sine epigraphe. Vulcanus ſedet juxta portam urbis, adſtat Pallas dextram adponens cymbæ, læva innixa clypeo, ſupra quem ſcriptum eſt VIC. AVG.

Sine epigraphe. Figura velata ſtans ſacrificat ſuper aram ante templum quatuor columnarum: pone Sacerdotem ſtat Julus pileo Phrygio in capite ſiniſtra lituum gerens; ex adverſo Pontificis, Mulier tunicata ſcyphum tenet ſuper aram; ei adſtat popa ſuem aure trahens.

IMP. ANTONINVS. AVG. COS. III. IMP. VERVS. AVG. COS. II. Capita M. Aurelii, & L. Veri lauro ornata adverſa. [*Sine lauro in muſeo Carpineo*.]
VICTORIAE. AVGVSTORVM. Victoria ſtans, utraque manu ſertum gerit.

M. AVREL. ANTONINVS. IMP. M. AVREL. COMMODVS. AVG. Capita M. Aurelii cum laurea, & Commodi nudum adverſa.
Sine epigraphe. Mars gradivus dextra haſtam, lævo humero trophæum ſuſtinet.

M. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXX. Caput M. Aurelii nudum.
FAVSTINA. AVG. ANTONINI. AVG. PII. FIL. Caput Fauſtinæ junioris.

* IMP. VI. COS. III. GERMANIA. SVBACTA. Trophæum erectum, ad cujus dextram Victoria ſcribens in clypeo; ad lævam Imperator ſiniſtra haſtam tenens: in imo hinc, inde captivi humi ſedentes. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* IMP. VII. COS... Victoria ſedens ſuper ſpoliis, dextra palmam, ſiniſtra tenet clypeum, in quo VIC. AVG. juxta trophæum. *In muſeo Theupolo.*

* IMP. VII. COS. III. GERMANIA. Imperator armatus a ſiniſtris, dextram imponit trophæo, læva haſtæ innixus: a dextris Victoria ſcribit in clypeo eidem trophæo adpenſo: hinc inde captivi humi ſedentes. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* IMP. VIII. COS. II. Duo equites præeunte milite. *In muſeo Theupolo.*

IMP.

* IMP. VIII. COS. V. P. P. Figura juvenilis nuda pallio retro fluente, dextra demiſſa, ſiniſtra taurum cum alio jugatum prehendens: ex adverſo figura muliebris humi ſedens dextram extendens, ſiniſtra palmam geſtans, cubito caniſtro innixo. *In regia gaza Pariſienſi.*

* S. C. Imperator ſtans ante templum quatuor columnarum ſacrificat ſupra aram, cui ſerpens circumvolvitur, quinque miniſtris adſtantibus, cum victima. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* TR. P. COS. II. Figura muliebris inſidens leoni gradienti ante Hermam: pone porticus trium columnarum. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* TR. P... COS. II. Figura virilis nuda ſtans, dextra pateram, ſiniſtra demiſſa, ſacra facit ante aram ignitam: pone tripus ſubſellio impoſitus, cui circumvolvitur ſerpens. Pone aram arbor erigitur. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* TR. P. III. COS. II. Figura virilis nuda, dextra globum, ſiniſtra ſcipionem tenens, ſtat ante cippum, cui inſiſtit Herma capite velato, manibus expanſis. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* TR. P. VIIII. COS. II. Caſtor cum ſydere in vertice, equum retinet. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* TR. POT. XII. COS. II. Neptunus nudus ſtans ante portam urbis, dextra expanſa, ſiniſtra haſtæ innixus, pede dextro naviculæ impoſito; infra quam altera navicula: pone delphinus. *In muſeo Piſano.*

* TRIB. POT. XXI. Duo Imperatores in quadrigis, militibus comitantibus, aliiſque trophæum deferentibus, captivis ornatum. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* TR. P. XXII. IMP. IIII. COS. III. Duæ Victoriæ ſuſtinentes clypeum lauro circumdatum, in quo S. P. Q. R. VIC. PARTHICAE. in-

infra Provincia mærens cum ſigno militari humi ſedet. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. F. TR. P. II. COS. II. Caput M. Aurelii nudum, d. c.
Sine epigraphe. Jupiter nudus ſtans a fronte, ante aram ignitam, dextra aquilam, ſiniſtra haſtæ innititur. *In muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Duo Imperatores, togatus unus, alius paludatus dextris ſuſtinent ſignum Victoriæ coronam dextra gerentis, & trophæum ſiniſtra; hos comitantur hinc duæ figuræ militares, illinc duæ aliæ. *In muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Imperator togatus ſacra faciens ante tripodem ignitum, cui Victoria coronam imponit; ſtat ex adverſo miles cum haſta, & ſcuto juxta cippum. *In muſeo Piſano.*

* Sine epigraphe. Vulcanus ſedens ad incudem, cui impoſitus eſt clypeus, dextra malleum, ſiniſtra fulmen, quod Palladi ſtanti porrigit. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* Sine epigraphe. Hercules nudus ſtans, dextra clavæ innititur: jacet humi Cacus extinctus, ante oſtium ſpecus. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* IMP. ANTONINVS. AVG. COS. II. IMP. VERVS. Capita nuda M. Aurelii, & L. Veri adverſa.
Sine epigraphe. Tria Numina ſedentia cum parazonio in dextra, in medio Jupiter, ad dextram Pallas, ad lævam Juno. *In muſeo Theupolo.*

* AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. F. COS. II. Caput Aurelii nudum, d. c.
Sine epigraphe, & ſine typo. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* M. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXVIII. Caput M. Aurelii laureatum cum clamyde, ſ. c.
Sine epigraphe, & ſine typo. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

FAV-



FAVSTINA . AVG. PII . AVG. F. Caput Fauſtinæ.
AETERNITAS . AVGVSTA . Fauſtina velata inſidens Cervo, læva facem gerit. [*Sine epigraphe in muſeo Abb. de Camps.*]

FAVSTINA . AVGVSTA . Caput Fauſtinæ.
SALVS . Mulier ſedens paſcit ſerpentem ſeſe ex arula ſurſum erigentem: pone eam, arbor, & columna intermedia, ſupra quam figura paludata ſtat dextra extenſa, ſiniſtra haſtam tenet.

VENVS . Fauſtina ſtans inter duas Syrenes, dextra haſtam puram geſtat, ſiniſtra palmam.

Eadem epigraphe. Venus ſtans, dextra haſtam gerit: a dextris Cupido, a ſiniſtris Triton.

VENVS . FELIX. Venus ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam puram: pro pedibus icuncula.

Sine epigraphe. Venus ſtat; ante eam puerulus, cui Fauſtina ſedens coronam imponit.

Sine

Sine epigraphe. Cybele ſedens dextra tympanum gerit, læva ſpicas: pro pedibus ejus hinc, & inde Leo.

FAVSTINA. AVG. PII. F. Caput Fauſtinæ.
Sine epigraphe. Plurimi pueri ludentes, mulier ſeminuda ramum ex palma arbore colligit, ut det victori manum porrigenti: a dextris Cupido cadentem puerum ex loco, ad quem aſcendere debuerat, excipit.

FAVSTINA. AVG. PIA. AVG. PII. FIL. Caput Fauſtinæ.
Sine epigraphe. Mulier ſacra facit ad aram: pone eam arbor.

DIVA. FAVSTINA. PIA. Caput Fauſtinæ velatum.
Sine epigraphe. Pavo cauda expanſa.

. . . . . . Caput Fauſtinæ.
Sine epigraphe. Duo muli trahentes currum, ſupra quem figura velata.


* Sine epigraphe. Cybele turrita ſedens a fronte, dextra tympanum, ſiniſtra ramum elatum, inter duos leones: a dextris ſtat Attys, vaſculum dextra geſtans: a læva aſſurgit arbor nucis pineæ. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* Sine epigraphe. Figura muliebris ſedens ſeminuda, paſcit ſerpentem. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* Sine epigraphe. Venus adblandiens Marti galea protecto caput, & ſcuto lævam: juxta illam Cupido, juxta hunc thorax. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* Sine epigraphe. Puer prætextatus ſtans medius inter figuram muliebrem ſedentem a ſiniſtris ſertum eidem imponentem dextra, & ſiniſtra ſcipionem gerentem, & figuram virilem a dextris ſtantem ſiniſtra haſtam, & dextra tres icunculas, tres Gratias repræſentantes, puero extendenti manum, porrigentem. *In muſeo regio Pariſienſi.*

* Sine epigraphe. Mulier ſtans, ſiniſtra haſtæ innixa, dextra ſtolæ lacinia tegens icunculam, ad lævam alia paulo major icuncula. *Apud Franciſcum Palatium.*



J. Bᵗ. Sintes. sculp.

IMP. CAES. L. AVREL. VERVS. AVG. TR. P. II. COS. II. Caput Veri nudum.
Sine epigraphe. Verus eques pacificatoris habitu.

L. AVREL. VERVS. AVG. ARMENIACVS. IMP. II. TR. P. V. COS. II. Caput L. Veri laurea inſigne.
Sine epigraphe. Hercules imberbis nudus ſtans, dextra coronam lauri ſibi imponit, læva clavam geſtat, & ſpolia Leonis: a dextris arbor, ad cujus ramum appenſa eſt pharetra, a ſiniſtris ara ignita. [*Cum magno circulo æreo in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*]

L. VERVS. AVG. ARM. PART. MAX. Caput idem.
TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. Jupiter ſedet innixus Romæ collibus; ipſi Verus Victoriolam porrigit, Verus autem coronatur a Roma galeata pone eum ſtante.

Eadem epigraphe. M. Aurelius, & L. Verus in quadrigis; plurimi milites illos comitantur: in vertice trophæum, ad cujus imum duo captivi lugentes.

L. AV-

L. AVREL. VERVS. AVG. ARMENIACVS. M. PARTH. M. Caput Veri laurea redimitum.

P. M. TR. P. III. COS. P. P. Tres Auguſti ſedentes in ſubſellio pro congiario diſtribuendo intra ſepta cum pluribus aliis figuris : in inferiori parte milites, & mulier ſtolata cum duobus pueris . *Ex duobus metallis in muſeo Carpineo, nunc Vaticano .*

* CONCORDIA . AVGVSTORVM . Capita jugata Philippi patris laureatum cum paludamento ad pectus, & Otaciliæ; ex adverſo caput Philippi filii nudum cum paludamento ad pectus .
PONTIFEX . MAX. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Ambo Philippi in curru triumphali, quem quatuor equi trahunt a fronte . Pater a Victoria pone ſtante coronatur . Duo milites galeati, & haſtati cum palma præ manibus equos hinc inde circumſtant . *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano .*

MAR-



Sinteſ Sculp.


MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. Caput Otaciliæ Severæ. PIETAS. AVGVSTORVM. Capita Philipporum adverſa. [*Ex duobus metallis, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*]

TEMPORVM. FELICITAS. Otacilia velata ſedens in throno, ad latera duo filii mas, & fœmina; a dextris ejus ſtat Salus, dextra anguem tenens, læva haſtam tranſverſam: a ſiniſtris vero Felicitas caduceum oblongum dextra ferens. [*Ex duobus metallis, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*]

* MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. Caput Otaciliæ, d. c. PIETAS. AVGVSTAE. Figura muliebris ſtans media inter quatuor puellas ſtantes. *In theſauro Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* PVDICITIA. AVG. Figura muliebris velata ſedens, dextra velum extendit, ſiniſtra ſcipionem tranſverſum geſtat; pone ſellam Felicitas ſtans dextra caduceum, ſiniſtra cornucopiæ. Ante pedes puer, & puella. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

IMP.



J. B. Sintes. ſculp.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput Philippi nudum. PONTIFEX. MAX. TR. P. IV. COS. II. Victoria inſidens ſpoliis juxta trophæum, tenet clypeum in gremio, cui inſcriptum eſt VICTOR. AVGG. *In Gaza Medicea.*

PONTIFEX. MAX. TR. P. V. COS. III. Typus idem VICTORIA. AVGG. *Apud Nob. Pichi Anconitanum.*

M. IVL. PHILIPPVS. NOBIL. CAES. Caput Philippi laureatum. PRINCIPI. IVVENTVTIS. Philippus paludatus ſtans inter tria ſigna militaria, dextra ſcipionem præfert: pone eum miles læva clypeum gerens. *Ex muſeo Abb. Abondii Rezzonici.* [*Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*]

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput idem. SAECVLVM. NOVVM. Septem figuræ ſacra facientes ad aram coram templo pulcherrimo.

M. IVL.

* M. IVL. PHILIPPVS. CAES. Caput Philippi nudum.
PROVINCIA. DACIA. AN. I. Mulier ſtans patrio veſtitu, læva ſignum militare, in quo ..... pro pedibus hinc aquila, inde leo. *In muſeo Theupolo.*

* IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput Philippi laureatum, cum lorica ad pectus, ſ. c.
AEQVITAS. AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*



IMP.



IMP. C. M. Q. TRAIANVS. DECIVS. AVG. Caput Decii radiatum.

FELICITAS. SAECVLI. Mulier ſtolata ſtans, dextra caduceum geſtat, ſiniſtra cornucopiæ. [*Ex duobus metallis cum* S. C. *in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*]

MONETA. AVG. Tres Monetæ ſtantes, dextra bilancem, læva cornucopiæ gerunt.

VICTORIA. AVG. Victoria gradiens, dextra coronam præfert, ſiniſtra palmam. [*in aliis* S. C.]

* CONCORDIA. AVGVSTI. Capita adverſa Decii laureatum, & Etruſcillæ.

DACIA. Figura muliebris ſtans, dextra haſtam. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita adverſa Trajani Decii radiatum, & Etruſcillæ.

PIETAS. AVGVSTORVM. Capita avderſa Hoſtiliani, & Herennii. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*




HERENNIA . ETRVSCILLA . AVG. Caput Etruſcillæ.
PVDICITIA . AVG. Mulier ſtolata ſedens, faciem velo obducit, ſiniſtra haſtam puram gerit. [*in aliis*, *in imo* S. C.]

PVDICITIA . AVGVSTAE. Mulier ſtola inſignis ſedet, velo faciem obducit, ſiniſtra ſcipionem: a dextris ejus ſtat Salus ſtolata, dextra anguem præferens: a ſiniſtris vero Securitas dextram verſus caput attollit, ſiniſtra columnæ innixa.

VESTA. Sex mulieres velatæ ſtantes, ſacra faciunt ad aram coram templo rotundo quatuor columnis ſuffulto.

* EREN. ETRVSCILLA . AVG. Caput Etruſcillæ ſ. c. ad pectus cum ſtola, & Luna creſcente ad humeros.
COL. IVL. AVG. CREMNA. Tria capita, medium Decii laureatum ſ. c. a ſiniſtris Hoſtiliani laureatum d. c. a dextris Herennii nudum ſ. c. infra aquila alis expanſis. *In muſeo Piſano*.

C. VA-




C. VALENS. HOSTIL. MES. QVINTVS. N. C. Caput Hoſtiliani ſine corona.
PRINCIPI. IVVENTVTIS. Hoſtilianus paludatus ſtans, dextra pilum gerit, læva haſtam tranſverſam.

VICTORIA. AVGG. Victoria graditur, dextra coronam ferens, ſiniſtra palmam. [*Ex duobus metallis, in muſeo Odeſchalco, olim Reginæ Sveciæ.*]

C. VAL. HOST. M. QVINTVS. CAES. Caput Hoſtiliani nudum.
P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Mulier ſtolata ſtans, manus extendit verſus Taurum a dextris, & Leonem a ſiniſtris.

* C. VALENS. HOSTIL. MES. QVINTVS. N. C. Caput Hoſtiliani nudum, cum paludamento, ſ. c.
PRINCIPI. IVVENTVTIS. S. C. Apollo cultu muliebri ſedens, dextra ramum lauri, ſiniſtro cubito lyræ ſellæ impoſitæ innixo. *In muſeo Piſano.*



IMP. CAES. C. VIBIVS. TREBONIANVS. GALLVS. AVG. Caput Galli laurea inſigne.

ADVENTVS. AVGG. Gallus, & Voluſianus equites præeunte Victoria, & duobus ſubſequentibus militibus, altero cum ſigno militari, altero cum vexillo. *In cimelio Magni Ducis*.

IMP. GALLVS. AVG. IMP. VOLVSIANVS. AVG. Capita Treboniani, & Voluſiani laureata, & adverſa.

ADVENTVS. AVGG. Duo Imperatores in equo decurrunt, Gallus haſta ſubmiſſa, Voluſianus erecta. *Ap. Card. Carpineum*. [*Ex duobus metallis, nunc in Vaticano*.]

IMP. CAES. C. VIBIVS. TREBONIANVS. GALLVS. Caput radiatum.

ARN. ASI. Apollo nudus ſtans radiatus, dextra ramum, ſiniſtra arcum, imponitur rupibus, ſeu in vertice montis. *Olim apud Val. Polazzi Bononiæ*.

IMP.

IMP. GALLVS. AVG. IMP. VOLVSIANVS. AVG. Capita Galli, & Voluſiani.

FORTVNAE. REDVCI. Gallus, & Voluſianus ſtantes ſacra faciunt cum quinque figuris adſiſtentibus ante templum ſex columnarum.

FORTVNAE. REDVCI. Duo Imperatores paludati ſtantes ſacra faciunt ante templum ſex columnarum, in quo ſedet Fortuna; pone Gallum duo milites, quorum unus ei coronam imponit; retro Voluſianum Genius ſeminudus ipſi coronam etiam imponit milite juxta ſtante. *Apud Hier. Corrarium Nob. Ven.* [*nunc in muſeo Piſano.*]

IMP. CAES. C. VIBIVS. TREBONIANVS. GALLVS. AVG. Caput laureatum.

IVNONI. MARTIALI. Juno ſedens in templo rotundo, pro cujus pedibus pavo dextra ſubmiſſa ſpicas, ut videtur, hinc, & inde Tauri decumbentis ſignum. *In muſeo Epiſc. Appamienſis*.

IMP. GALLVS. AVG. IMP. VOLVSIANVS. AVG. Capita patris, & filii.

PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. Duo Imperatores in quadrigis triumphalibus, a Victoriis, pone eos ſtantibus coronantur, duobus hinc, & inde prætorianis currum comitantibus. [*Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*]

IMP. CAES. C. VIBIVS. TREBONIANVS. GALLVS. AVG. Caput laureatum pectore trabeato dextra ſcipionem eburneum.

SAECVLI. FELICITAS. Quatuor pueruli ſtantes quatuor anni tempora deſignantes. [*Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*]

SECVRITAS. AVGG. Mulier ſtolata ſtans, dextram capiti admovet, ſiniſtro cubito columnæ innixo.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita Galli, & Voluſiani adverſa.

VOTA. PVBLICA. Duo Imperatores ſacra faciunt ad aram coram templo ſex columnarum, in quo ſedet Jupiter: miles quemque

que Auguſtum comitatur; adſtat tibicen duas inflans tibias, juxta aram Taurus.

* MONETA. AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*


* IMP. CAES. C. VIBIVS. TREBONIANVS. GALLVS. AVG. Caput Galli laureatum, cum paludamento ad humeros.
P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S. C. Imperator velatus ſtans ad aram ignitam, dextra tenet pateram, ſiniſtra ſtola involuta, qua & ſceptrum tenet. *Ex Bandurio t. 1. Numiſ. Impp. in muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

* SALVS. AVGG. S. C. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſtans, ſiniſtra geſtat pateram, ex qua ſerpentem paſcit, quem tenet dextra. *Ex Bandurio t. 1. Numiſ. Impp. apud D. Fradet.*

* IMP. CAES. VIBIVS. TREBONIANVS. GALLVS. AVG. Caput Galli laureatum, cum paludamento ad pectus, ſ. c.
VOTIS. DECENNALIBVS. S. C. In laurea. *In muſeo Piſano.*



IMP.



IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Caput Voluſiani medio pectore tenus laurea inſigne.

ADVENTVS. AVGG. Gallus, & Voluſianus equites præeunte Victoria, & ſubſequentibus duobus militibus cum ſignis militaribus.

MONETA. AVGG. Tres Monetæ ſtant, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ geſtantes.

VIRTVS. AVGVSTORVM. Voluſianus paludatus ſtans, ſacra facit ſuper tripodem, coronatur a milite, altero adſtante: tibicen inflat tibias, in imo tripodis Victoria.

* IMP. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Caput Voluſiani laureatum, d. c.
FORTVNAE. REDVCI. Duo Imperatores ſacra facientes in aditu templi ſex columnarum coram ſimulacro, duobus militibus a dextris unius, & uno a ſiniſtris alterius. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* LIBERALITAS. AVGVSTORVM. S. C. Mulier ſtolata ſtans, dextra teſſeram, ſiniſtra cornucopiæ. *In muſeo Piſano.*

IMP.



J. B. Sintes. ſculp.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. AVG. Caput Valeriani laureatum.

ADLOCVTIO. AVGVSTORVM. Valerianus ſubſequentibus filiis paludatis adloquitur cohortes ſigna militaria, & clypeos gerentes.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita Valeriani, & Gallieni adverſa.

ADVENTVS. AVGVSTORVM. Duo Imperatores paludati equites præeuntibus Victoria, & milite: adſunt quatuor ſigna militaria. [*Ex duobus metallis, in muſeo Odeſchalco, olim Reginæ Sveciæ.*]

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. Valerianus laureatus pectore tenus dextra globum, cui impoſita eſt Victoriola.

FELICITAS. TEMPORVM. Quadrigæ triumphales, in quibus Valerianus ſtat inter duos filios; Victoria eum coronat: hinc, & inde miles currum comitatur.

IMP. CAES. P. LIC. VALERIANVS. AVG. Caput Valeriani laureatum.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita Gallieni, & Valeriani

ni junioris adverſa. *Ex muſeo Hier. Corrarii Nob. Veneti.* [*Non* Gallieni, & Valeriani junioris, *ſed* Gallieni, & Saloninæ, *in muſeo Corrario, nunc Piſano.*]

LIBERALITAS. AVG. Valerianus, & Gallienus ſedentes in ſubſtructione; a dextris Liberalitas, & pone eos duæ figuræ paludatæ ſtantes: Romanus ſcalam aſcendit.

IMP. CAES. P. LIC. VALERIANVS. AVG. Caput Valeriani laureatum.
MONETA. AVGG. Tres Monetæ ſtantes, dextra bilancem, læva cornucopiæ geſtant.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. AVG. Caput idem.
VICTORIA. AVGVSTORVM. Valerianus, & Gallienus paludati ſtantes, dextris ſuſtinent globum, cui impoſita eſt Victoria: hinc, & inde utrumque prætorianus comitatur cum ſigno militari.

* CONCORDIA. AVGG. Capita adverſa Valeriani, & Gallieni laureata.
ADLOCVTIO. AVGVSTORVM. Duo Imperatores in ſuggeſtu, pone ſtante Præfecto Prætorii, adloquuntur cohortes. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* PIETAS. AVGG. Capita adverſa Valeriani, & Gallieni laureata, cum paludamento ad pectus.
ADVENTVS. AVGG. Duo Imperatores equites; Victoria cum ſerto in dextra præcedit, miles ſubſequitur: circumſtant quatuor ſigna militaria. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. Caput Valeriani laureatum, cum paludamento, ſ. c.
MONETA. AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* PIETAS. AVGG. Capita adverſa laureata Valeriani, & Gallieni.
MONETA. AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*


* IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. Caput Valeriani laureatum, cum lorica ad pectus, ſ. c.
ORIENS. AVGG. S. C. Sol nudus pallio in ſiniſtram rejecto, dextram elevans, ſiniſtra flagrum tenet. *In muſeo Piſano*.

* PONTIF. MAX. TR. P. P. P. Quadriga triumphalis, in qua puer habenas regit, & ſtat Victoria intra currum amphoram deferens, quam duæ figuræ a tergo ſuſtentant: in imo duo captivi. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* VICTORIA. AVGG. Victoria ſtans, dextra coronam, ſiniſtra palmam. *In muſeo Theupolo*.



IMP.



IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. AVG. Caput Gallieni laureatum.
ADLOCVTIO. AVGG. Duo Imperatores paludati, pone quos duo alii ſtantes, adloquuntur cohortes.

CONCORDIA. AVG. Capita Gallieni, & Saloninæ adverſa.
AEQVITAS. PVBLICA. Tres Monetæ ſtantes, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ geſtant.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. AVG. Caput Gallieni laurea cinctum.
APOLLINI. CONSERVATORI. Apollo nudus ſtans, dextra ramum gerit, ſiniſtra lyram.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. AVG. Caput idem.
CORNELIA. SALONINA. AVGVSTA. Caput Saloninæ. [*Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*]

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. AVG. Caput Gallieni laureatum.
FIDES. EXERCITVS. Valerianus, & Gallienus ſtantes dextras

jungunt; Valerianus coronatur a Victoria: in imo hinc, & inde ſluvius decumbens cum urna.

GALLIENVS. PIVS. FEL. AVG. Caput Gallieni pelle leonina ornatum.
FORTVNA. REDVX. Fortuna ſtans ſtolata, dextra temonem tenet, ſiniſtra cornucopiæ.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. AVG. Caput Gallieni laurea inſigne.
LIBERALITAS. AVG. S. C. Mulier ſtolata ſtans, dextra teſſeram præfert, ſiniſtra cornucopiæ.

CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita adverſa Gallieni, & Saloninæ.
LIBERALITAS. AVG. Imperator, & Salonina ſedentes in ſubſtructione pro congiario diſtribuendo; pone Gallienum ſtat Præfectus prætorii, pone Saloninam mulier ſtolata.

IMP. GALLIENVS. P. F. AVG. GERM. Caput Gallieni laureatum.
MONETA. AVGG. Tres mulieres ſtant dextra bilancem geſtantes, ſiniſtra cornucopiæ: pro uniuſcujuſque pedibus ara. [*in aliis* MONETA. AVG.]

IMP. GALLIENVS. P. F. AVG. Gallienus medio corpore tenus, dextra ſcipionem eburneum.
P. M. TR. P. X. P. P. COS. II. Imperator in quadrigis triumphalibus dextra equorum habenas tenet.

* IMP. GALLIENVS. P. F. AVG. GERM. Caput Gallieni laureatum, d. c. pectore tenus, dextra globum, cui Victoriola inſiſtit, ſiniſtra ſcipionem eburneum gerit.
ADLOCVTIO. AVGG. Duo Imperatores cum Præfecto Prætorii e ſuggeſtu adloquuntur cohortes: in imo duo captivi humi ſedentes averſi, manibus poſt terga revinctis. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* IMP. GALLIENVS. P. F. AVG. Caput Gallieni laureatum, ſ. c.

ADVEN-

ADVENTVS. AVGG. Duo Imperatores equites, quos Victoria præcedit, & comitantur ſigna legionaria, cum milite ſubſequente. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

* CONCORDIA. AVGVSTORVM. Capita adverſa Gallieni laureatum, & Salonini nudum.

ADVENTVS. AVGG. Tres Imperatores equites dextram elevantes, galeati, ſigna militaria præferentes: humi ſedent duo captivi averſi manibus poſt terga revinctis. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*

* CONCORDIA. AVGVSTORVM. Duo capita adverſa, Gallieni laureatum, & Salonini nudum.

ADVENTVS. AVGG. Duo Imperatores equites, dextram attollentes, Victoria præeunte, & duobus militibus ſubſequentibus, cum tribus ſignis militaribus. *In muſeo Piſano.*

* IMP. CAES. P. LICINIVS. GALLIENVS. AVG. CORNELIA. SALONINA. GALLIENI. AVG. Capita adverſa Gallieni, & Saloninæ.

LIBERALITAS. AVGVSTORVM. Imperator, & Salonina ſedentes in ſubſtructione: pone Gallienum ſtat Præfectus Prætorii; pone Saloninam mulier ſtolata. *In muſeo Theupolo.*

* CONCORDIA. AVGVSTORVM. Duo capita adverſa, Gallieni laureatum, & Saloninæ.

MONETA. AVG. Tres Monətæ cum attributis. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*

* IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. AVG. Caput Gallieni laureatum, cum paludamento ad pectus, d. c.

MONETA. AVGG. Tres Monetæ cum attributis. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* GALLIENVS. PIVS. FEL. AVG. Caput Gallieni pelle leonis indutum, ſ. c.

MONETA. AVG. Tres Monetæ cum attributis. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

CON-

* CONCORDIA . AVGVSTORVM. Capita adverſa Gallieni, & Valeriani junioris.


VICTORIA . AVGVSTORVM. Duo Imperatores ſtantes dextris globum ſuſtinent, cui impoſita eſt Victoria; hinc, & inde Prætorianus, cum ſigno militari. *In muſeo Theupolo.*

* IMP. GALLIENVS. P. F. AVG. GERM. Caput Gallieni laureatum, ſ. c.

VICTORIA. GERMANICA. Victoria coronam imponens Imperatori ſtanti, ad cujus pedes hinc puer genuflexus, inde ſenex humi ſedens. *In theſauro Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*



COR-



CORNELIA . SALONINA . AVG. Caput Saloninæ.

ABVNDANTIA . TEMPORVM . Salonina ſedens, adſiſtentibus hinc, & inde ad latera mulieribus, & tribus puerulis.

AEQVITAS . PVBLICA . Tres Monetæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem gerunt, læva cornucopiæ : pro earum pedibus arula. [*Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*]

IVNO . REGINA . Juno tunicata ſtans cum velo, dextra pateram, ſiniſtra haſtam : pro pedibus Pavo. [*Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*]

IVNONI . REGINAE . Pavo cauda expanſa.

PIETAS . AVGG. Salonina ſedens ſtolata, dextram extendit verſus duos puerulos ſtantes, læva haſtam gerit.

* CORNELIA . SALONINA . AVG. Caput Saloninæ, ſ. c. cum ſtola ad pectus.

ABVN-

ABVNDANTIA . TEMPORVM . Salonina ſedens tribus pueris coram ſe ſtantibus nummos ex cornucopiæ, quod in gremio geſtat, effundit: pone figura muliebris ſtans, & dextram extendens. Poſt ſellam figura militaris. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*


* CORN. SALONINA . AVG. Caput Saloninæ, cum ſtola ad pectus, ſ. c.

PVDICITIA . AVGVSTAE. Mulier ſedens, dextra velo faciem obducens: adſtat Felicitas dextra caduceum gerens, ſiniſtro cubito columnæ innixa: coram ſedente ſtat mulier ſtolata, dextra pateram, ſiniſtra ſerpentem paſcentem ad pateram. *Ex argento max. mod. inſtar æreorum, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* MONETA . AVGG. Tres Monetæ, cum attributis. *Ex Bandurio t. 1. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*



LIC.



J. B. Sintes. ſculp.


LIC. COR. SAL. VALERIANVS. N. CAES. Caput Salonini nudum.

MONETA. AVGG. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ geſtant: pro pedibus earum monticulus.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. Saloninus ſtans paludatus, dextra globum ſuſtinet, ſiniſtra haſtam: pro pedibus captivus humi deſidens. [*Ex duobus metallis, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*]

* DIVO. CAES. VALERIANO. Caput Salonini, vel fortaſſe Valeriani junioris nudum, cum paludamento ad pectus, ſ. c.

CONSECRATIO. Rogus quinque ordinum graduum: in cujus vertice biga a fronte, Sole aurigante. *In muſeo Piſano.*



IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS. P. F. AVG. Caput Poſtumi radiata corona redimitum.

RESTITVTOR. GALLIAR. Imperator galeatus, & paludatus ſtans, dextra fœminam in genua procumbentem ſublevat, ſiniſtra haſtam gerit.

VICTORIA. AVG. Victoria gradiens, dextra coronam præfert, ſiniſtra palmam. [Cum captivo ad pedes, *in muſeo Piſano.*]

Sine epigraphe. Capita Poſtumorum patris, & filii laurea coronata, jugata.

Sine inſcriptione. Poſtumus pater velatus ſtans, a dextris mulier ſtolata haſtam gerens, læva cornucopiæ: ex adverſo victimarius Taurum ducit.

* IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS. P. F. AVG. Caput Poſtumi cum corona radiata, ſ. c.

FELICITAS. PVBLICA. Figura muliebris capite radiato ſtans, dextra

dextra caduceo oblongo innixa, ſiniſtra cornucopiæ geſtat. *Ex Bandurio t.* I. *Numiſ. Impp. in muſeo Lamoignonio.*

* FIDES. MILITVM. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſigna legionaria utraque manu geſtat. *In muſeo Theupolo.*

* IMP. C. M. CASS. LATI. POSTVMVS. P. F. AVG. Capita laureata, & jugata Poſtumi, & Herculis ad humeros.
HERCVLI. COMITI. AVG. COS. III. Hercules nudus cum clava, & leonis exuviis ſtat inter Poſtumum velatum, & togatum a ſiniſtris, dextra libantem patera ſuper tripodem ignitum, ſiniſtra volumen tenentem: & popam a dextris, ſecurim ſuper humero dextro gerentem, ſiniſtra ducentem victimam. *Ex Bandurio t.* I. *Numiſ. Impp. apud Morellium.*


* LAETITIA. AVG. Triremis cum quatuor remigibus, & Imperatore ſtante ad puppim. *In muſeo Piſano.*

* P. M. TR. P. COS. III. P. P. S. C. Figura militaris galeata ſtans, dextra globum gerit, ſiniſtra haſtæ ferratæ innixa. *Ex Bandurio t.*I. *Numiſ. Impp. apud Andream Fauvel.*

* SALVS. AVG. Figura muliebris ſedens, ſerpentem aræ circumvolutum, & dextra apprehenſum paſcit ex patera, quam ſiniſtra tenet. *Ex Bandurio t.*I. *Numiſ. Impp. apud Andream Fauvel.*

* VICTORIA. AVG. Duæ Victoriæ clypeum ambabus manibus arbori adpenſum retinentes, ad truncum humi ſedent duo captivi averſi, manibus poſt terga revinctis. *In muſeo Piſano.*


* VIRTVS. AVG. S. C. Figura militaris ſtans, dextra haſtæ ferratæ, ſiniſtra clypeo humo impoſito innixa. *Ex Bandurio t.* I. *Numiſ. Impp. in muſeo Brandeburgico.*




IMP. CAES. CLAVDIVS. PIVS. FELIX. AVG. Caput laureatum. ADVENTVS. AVG. Imperator eques paludatus præeunte Victoria, & milite cum ſigno militari, & duobus aliis ſequentibus cum haſtis. *Ex muſeo Julii Florentii Nob. Romani*.

MONETA. AVG. Tres mulieres ſtolatæ ſtantes, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ geſtant: pro earum pedibus monticulus.

* P. M. TR. P...II. COS. P. P. Hercules nudus ſtans, innixus clavæ. *In muſeo Florentino*.





IMP.



* IMP. C. M. AVR. CL. QVINTILLVS. P. F. AVG. Caput Quintilli laureatum.

APOLLINI. CONSERVATORI. Templum ſex columnarum, cum ſimulacro. *In muſeo Theupolo.*





* IMP. AVRELIANVS. AVG. Caput Aureliani corona radiata cinctum, ſ. c.
SEVERINA. AVG. Caput Severinæ cum ſtola ad pectus, & luna creſcente ad humeros, ſ. c. *In muſeo Piſano*.

* SOL. DOMINVS. IMPERI. ROMANI. Caput comatum juvenile, ſ. c.
AVRELIANVS. AVG. CONS. Imperator laureatus, togatus ſtans, dextram, qua pateram geſtat, ad aram ignitam extendit. *In muſeo Piſano*.



Sinteſ Sculp.

IMP. C. M. CL. TACITVS. AVG. Caput Taciti laureatum.
ADLOCVTIO. AVG. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu, pone quem Præfectus Prætorii; ille adloquitur cohortes. [*In alio* ADLOCVTIO. TACITI. AVG.]

IMP. C. M. CL. TACITVS. PIVS. FEL. AVG. Tacitus capite laureato, & medio corpore tenus dextra ſcipionem eburneum tenet.
ADVENTVS. AVG. Imperator eques paludatus, Victoria præeunte, & tribus militibus ſequentibus.


IMP. C. M. CL. TACITVS. P. F. AVG. Caput Taciti laureatum.
MONETA. AVGVSTI. Tres Monetæ, cum attributis.

RESTITVT. REIPVBLICAE. Imperator paludatus ſtans, ſublevat mulierem in genua procumbentem capite turrito.

IMP. C. M. TACITVS. AVG. Tacitus pectore tenus cum capite laureato, dextra ſcipionem eburneum tenet.
TEMPORVM. FELICITAS. Roma galeata ſedens, dextra globum Imperatori togato ſtanti porrigit, quem Victoria coronat: ei Felicitas adſtat ſiniſtra caduceum gerens.

VIRTVS. AVGVSTI. Hercules nudus ſtans, dextram imponit trophæo, ſiniſtra clavam, & ſpolia leonis præfert.

IMP.




IMP. C. M. ANN. FLORIANVS. P. F. AVG. Caput Floriani laureatum.

MONETA. AVG. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, læva cornucopiæ geſtant: ad earum pedes monticulus.



IMP.



IMP. PROBVS. AVG. Probus laureatus pectore tenus humero dextro haſtam, ſiniſtra clypeum.
ADLOCVTIO. AVG. Imperator ſtans paludatus in ſuggeſtu: eum comitatur Præfectus prætorii; hinc tres ſigniferi in imo, inde tres alii: ante ſuggeſtum duo captivi genuflexi: pone eos duo pueruli, unus a dextris, alter a ſiniſtris.

IMP. PROBVS. P. F. AVG. Probus capite laureato pectore tenus dextra haſtam, ſiniſtro humero trophæum.
ADLOCVTIO. MILITVM. Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu cum Præfecto prætorii adloquitur decem milites.

IMP. C. M. AVR. PROBVS. PIVS. AVG. Probus pectore tenus, & capite laureato, dextra haſtam gerit.
ADVENTVS. AVG. Imperator eques paludatus inter duo ſigna militaria: Victoria præit, & duo ſubſequuntur milites.

IMP. CAES. M. AVR. PROBVS. P. F. Probus laurea inſignis pectore tenus humero dextro haſtam, ſiniſtro clypeum, in quo duæ

Victoriæ appendunt clypeum palmæ arbori; ad cujus imum duo captivi gementes humi decumbunt.
EXERCITVS. PERS. Imperator paludatus ſupra ſubſellium ſtans, adloquitur cohortes ante, & pone ſe ſtantes: inter eos unus, ejus equum capiſtro tenet.

IMP. C. PROBVS. PIVS. AVG. Probus medio corpore tenus dextra globum, ſiniſtra haſtam. [*in alio*, capita jugata Probi, & Prociæ.]
FIDES. MAXIMA. Figura ſtolata ſtans, globum Imperatori paludato tradit ara intermedia; illa ſiniſtra temonem inverſum gerit, Probus læva haſtam.

IMP. C. PROBVS. INVICT. P. F. AVG. Caput Probi, & Proclæ jugata, ille dextra ſcipionem, læva clypeum.
MONETA. AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. Plurimi, & diverſi cum varia Probi effigie typi occurrunt, & his monetis in averſa parte.

IMP. PROBVS. P. F. AVG. Caput idem Probi medio corpore.
SOLI. INVICTO. Quadrigæ, Sole aurigante dextra extenſa, læva flagrum.

IMP. C. PROBVS. P. F. AVG. Probus medio corpore dextra globum gerit.
TEMPORVM. FELICITAS. Roma galeata ſedens, globum Probo paludato porrigit, quem coronat Victoria, pone eum ſtans: adſtat a dextris Romæ, Felicitas dextra caduceum tenens. [*Ex duobus metallis, in muſeo Odeſchalco, olim Reginæ Chriſtinæ.*]

IMP. PROBVS. P. F. AVG. Probus laureatus pectore tenus dextro humero ſcipionem, ſiniſtro clypeum, in quo Imperator eques, ante quem plurimæ figuræ.
VIRTVS. AVGVST. NOSTRI. Imperator eques paludatus decurrens haſta ſubmiſſa, ipſi præeunte milite, & altero eundem ſubſequente.

IMP.

* IMP. PROBVS. AVG. Caput Probi laureatum, ſ. c. pectore loricato, ſiniſtra caput aquilæ tenente.
ADVENTVS. AVG. Imperator eques paludatus, dextra elata, ſiniſtra ſpiculum. Victoria præcedit dextra coronam, ſiniſtra ſignum legionarium; ſubſequitur miles dextra ſignum legionarium, ſiniſtra clypeum. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*


* INVICTVS. PROBVS. P. F. AVG. Caput Probi laureatum, d. c. pectore loricato, dextra globum, cui Victoriola imminet, ſiniſtra ſceptrum.
GLORIA. ORBIS. COS. V. Currus ſex equorum a fronte, in quo Imperator, cui Victoria coronam imponit. Quatuor milites palmati ſubſequuntur; duæ figuræ galeatæ hinc inde equos regunt. *Ex duobus metallis, in muſeo Carpineo, nunc Vaticano.*

* IMP. PROBVS. P. F. AVG. Caput Probi laureatum, d. c. pectore loricato, dextra ſpiculum humero impoſitum, læva ſcutum imaginibus inſculptum.
PROBVS. P. F. AVG. COS. IIII. Quadriga triumphalis, in qua Imperator dextram extendens a Victoria pone ſtante coronatur. Tres milites comparent palmas ſiniſtra tenentes: præcedit figura ſuccincta, caput ad equos convertens. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* Eadem epigraphe, & typus.
SAECVLI. FELICITAS. Quatuor pueri, quatuor anni tempora ſignificantes. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* SOLI. INVIC. COMITI. AVG. COS. IIII. Sol agens quadrigam, figura muliebri præeunte, dextra lunulam, ſiniſtra facem: *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* VIRTVS. AVGVSTI. Imperator eques duos captivos equo proculcans, & alterum ſpiculo impetens. *In muſeo Farneſiano, nunc regio Neapolitano.*




IMP. C. M. AVR. CARVS. P. F. AVG. COS. Carus capite laureato pectore tenus dextra ſcipionem eburneum præfert, ſiniſtra globum, cui impoſita eſt Victoria.

MONETA. AVG. Tres Monetæ ſtant ſtolatæ, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ gerunt.

IMP. CARO. AVG. ET. CARINO. N. CAES. Capita Cari, & Carini adverſa lauro inſignita.

SAECVLI. FELICITAS. Quatuor pueruli quatuor anni tempora cum attributis deſignantes.

MA-



Sinteſ Sculp.

* MAGNIA. VRBICA. AVG. Caput Magniæ Urbicæ ad pectus cum ſtola, ſ. c.

PVDICITIA. AVG. Figura muliebris capite velato ſedens, dextra velum ad faciem adducit, ſiniſtra ſcipionem; ante illam ſtant duo pueri prætextati; pone illam Felicitas dextra caduceum oblongum, ſiniſtra cornucopiæ. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* MAGN. VRBICA. AVG. Caput Urbicæ ad pectus cum ſtola, & luna bicorni ad humeros.

VENVS. VICTRIX. Figura muliebris tunicata, & ſtolata ſtans, dextra tenet galeam, ſiniſtra haſtam: a dextris clypeus humi inſiſtens. *Ex Bandurio t.* I. *Numiſ. Impp. in muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

IMP.



IMP. C. NVMERIANVS . P. F. AVG. COS. Numerianus medio corpore dextra ſcipionem eburneum, læva globum, cui inſiſtit Victoria cum corona, & palma.

ADLOCVTIO . AVGG. Duo Imperatores in ſuggeſtu ſtantes, pone quos Præfectus prætorii, adloquuntur quatuor milites.


MONETA . AVGG. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ gerentes, ad quarum pedes monticuli.

TRIVMPHVS . QVADORVM. Duo Imperatores in quadrigis triumphalibus, Victoria præeunte: adſunt duæ figuræ in vertice, & duæ aliæ infra cum ſpoliis.

IMP. NVMERIANVS . AVG. Numerianus pectore tenus cum lauro in capite dextra equum capiſtro tenet, ſiniſtra haſtam.

VIRTVS . AVGVSTORVM. Duo equites adverſi haſtis ſex captivos impetunt: in vertice duæ Victoriæ ipſis coronam præferentes.

IMP.



I·B·Sintes·ſculp·

IMP. C. M. AVR. CARINVS. Caput Carini laureatum.
MONETA. AVGG. Tres Monetæ cum attributis.

M. AVR. CARINVS. N. C. Carinus medio corpore tenus, dextra haſtam, ſiniſtra capiſtro equum retinens.
TRAIECTVS. AVGG. Navis prætoria cum remigantibus: in ejus puppi Imperator temonem agit, adſtantibus quinque prætorianis.

IMP. C. M. AVR. CARINVS. P. F. AVG. Caput Carini laureatum.
VIRTVS. AVGVSTOR. Carus, & Carinus paludati dextras jungunt: Hercules lauream Caro, Apollo Carino imponit.

IMP.



IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Diocletianus medio corpore tenus dextra ſcipionem eburneum, in cujus apice aquila.

ADVENTVS. AVG. Imperator paludatus eques præeunte Victoria, dextra coronam, læva palmam gerente: pone eum, duo prætoriani cum ſignis militaribus.

CONCORDIA. CAES. AVGG. N. N. Duo Imperatores paludati ſtantes, dextris globum ſuſtinent, figura velata intermedia cum ara: ambo coronantur a Victoriis pone unumquemque ſtantibus.

IOVIO. DIOCLETIANO. AVG. Diocletianus medio corpore nudus ſtans cum ſtrophio, dextra haſtam rectam tenet.

HERCVLIO. MAXIMIANO. AVG. Imperator paludatus ſedens dextra ad pectus admota, ſiniſtra globum, cui inſiſtit Victoria utraque manu coronam ipſi nempe imponens, & Herculi Maximiano nudo pariter ſedenti brachiis complicatis, dextra ſpolia leonis, ſiniſtra clavam tenet: ad latus lævum arcus.

IMP.

IMP. C. DIOCLETIANVS. AVG. Caput Diocletiani laureatum.

IOVI. CONSERVATORI. Jupiter ſedens, dextra fulmen gerit, ſiniſtra haſtam.

IOVI. CONSERVATORI. AVG. Jupiter ſedet in templo ſex columnarum, dextra ſupra genu, læva haſtam præfert.

IMPP. DIOCLETIANO. ET. MAXIMIANO. AVGG. Capita Diocletiani, & Maximiani adverſa cum ſcipione eburneo.

IMPP. DIOCLETIANO. ET. MAXIMIANO. COSS. Uterque Imperator in quadrigis triumphalibus ab elephantis quatuor tractis, a Victoria pone eos ſtante coronatur: adſtant ſex prætoriani cum haſtis, & ſignis militaribus.

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Diocletianus pectore tenus dextro humero haſtam geſtat.

MONETA. AVG. Tres Monetæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ gerunt.

Caput idem Diocletiani laureatum.

MONETA. IOVI. ET. HERCVLI. AVGG. Moneta ſtans ſtolata, cum bilance, & cornucopiæ inter Jovem, & Herculem nudos ſtantes: ille haſtam dextra, & læva demiſſa fulmen: hic dextra clavæ innititur, ſiniſtra globum, & ſpolia leonis.

D. N. DIOCLETIANO. FELICISSIMO. SENI. Diocletianus medio corpore tenus dextra ſcipionem eburneum gerit.

VOTA. PVBLICA. Navis, in qua Serapis ſedet temonem agens, ſiniſtra velum tenet: ante ipſum Victoria ſtat, utraque manu alterum velum.

* IMP. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Caput Diocletiani laureatum ad humeros.

GENIO. POPVLI. ROMANI. Genius cum modio in capite ſtans, dextra coronam, ſiniſtra cornucopiæ. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetrariæ.*


* IOVIO . DIOCLETIANO . AVG. Diocletianus laureatus, d. c. medio corpore nudus, pallio ab humeris pendente, & brachio dextro circumvoluto, dextra haſtæ innixus.
HERCVLIO. MAXIMIANO. AVG. Imperator paludatus ſedens a dextris, dextra elata, & expanſa, ſiniſtra geſtat globum: ex adverſo Hercules ſedens, innixus clavæ cum leonis exuviis: arcus, & pharetra humo incumbunt: pone eos Victoria ſtans alis expanſis utrumque coronat. In imo R. M. Lunula intermedia. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in regio Pariſienſi theſauro.*

* IOVI. CONSERVATORI. AVG. Templum ſex columnarnm, in cujus periſtylio IOVIOMVC, videlicet, *Jovi Optimo Maximo Victori Conſervatori*. In aditu templi Jupiter ſedet, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in regio Pariſienſi theſauro.*

* IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Caput Diocletiani nudum extraordinariæ magnitudinis, ſ. c.
MONETA. AVGG. Tres monetæ cum attributis. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* D. N. DIOCLETIANO. BEATISSIMO. SENI. AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum lorica, ſ. c.
PROVIDENTIA. DEORVM. QVIES. AVGG. Duæ figuræ muliebres ſtantes; quæ a dextris eſt velata, dextram pectori adplicat, ſiniſtra ſtolam colligit: quæ a ſiniſtris dextra tenet ramum, ſiniſtra haſtam: a dextris in area S. a ſiniſtris F. in imo PTR. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS. AVGG. Capita adverſa laureata Diocletiani, & Maximiani, dimidio corpore cum paludamento, & ſcipione eburneo in dextris.
MONETA. IOVI. ET. HERCVLI. AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ, & monticulus ad pedes inter Jovem a dextris, & Herculem a ſiniſtris. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*



IMP. C. M. A. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Caput Maximiani pelle leonina amictum.

HERCVLI. DEBELLATORI. Hercules clava decertat contra hydram.

MONETA. AVGG. Tres mulieres ſtolatæ ſtantes, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ geſtant.

VIRTVS. MAXIMIANI. AVG. Maximianus medio corpore equum capiſtro tenet, ſiniſtro humero gerit clypeum, in quo Lupa Romulo, & Remo ubera præbet.

MONETA. AVGG. Tres Monetæ cum attributis.

* DIVO. MAXIMIANO.... Caput Maximiani nudum, ad humeros.
AETERNA. MEMORIA. Templum rotundum ſex columnarum; in cujus vertice aquila. In imo MOSTR. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* FELIX. ADVENT. AVG. N. N. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra haſtam tenet. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Caput Maximiani pelle leonis indutum, d. c. extraordinariæ magnitudinis. IOVI. CONSERVATORI. AVG. Templum ſex columnarum, in cujus periſtylio IOVIVS. AVG. In aditu templi Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam; ad pedes aquila. *Ex duobus metallis, in muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* IMP. MAXIMIANVS. AVG. COS. IIII. Caput Maximiani pelle leonina amictum ad humeros.
MAXIMIANVS. NOB. CAES. ET. CONSVL. Caput Galerii laureatum, cum medio corpore, d. c. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Caput Maximiani ſpoliis leonis ornatum, d. c.
MONETA. IOVI. ET. HERCVLI. AVGG. Moneta cum attributis ſtans inter Jovem, & Herculem ſtantes. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo Abb. de Camps, nunc regio Pariſienſi.*

* D. N. MAXIMIANO. FELICISSIMO. SEN. AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum lorica, ſ. c.
PROVIDENTIA. DEORVM. QVIES. AVGG. Duæ figuræ muliebres ſtantes: quæ a ſiniſtris dextra ſpicas, ſiniſtra haſtam; quæ a dextris, utraque manu aliquid non bene notum: in imo S. T. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* SACRA. MONETA. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. Figura muliebris ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ: in imo A Q S. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* VIRTVS. MAXIMIANI. AVG. Maximianus laureatus, d. c. medio corpore equum capiſtro dextra retinet, ſiniſtra clypeum, in quo lupa cum pueris.
SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. ORBIS. TERR. Figura muliebris ſtolata a fronte, dextra bilancem, læva cornucopiæ; ad pedes monticulus: ſtat a dextris figura militaris galeata dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam clypeo terræ incumbenti impoſitam: a ſiniſtris ſtat figura muliebris ſtolata, & palliata, dextra ſpicas, ſiniſtra papaver. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*



* FL. VAL. CONSTANTIVS. NOB. C. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum lorica.

FELIX. ADVENTVS. AVGG. NN. Figura ſtans cum pileo, dextra tenet Vexillum, ſiniſtra cornucopiæ: ad pedes bos cubans: a dextris in area Γ. in imo PKT. *Ex Bandurio t.* 2. *Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ*.

* FIDES. MILITVM. Figura muliebris galeata ſedens, dextra tenet ſignum militare, ſiniſtra haſtam: in imo TT. *Ex Bandurio t.*2. *Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ*.

* GENIO. POPVLI. ROMANI. Genius cum modio ſtans, dextra pateram ſuper aram accenſam, ſiniſtra cornucopiæ: a ſiniſtris in area A. in imo PLC. *Ex Bandurio t.* 2. *Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ*.

* DIVO. CONSTANTIO. AVG. Caput Conſtantii velatum, ſ. c.

MEMORIA. DIVI. CONSTANTI. Templum rotundum, cujus vertici inſidet aquila. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi*, *olim PP. CC.*

IMP.

* IMP. C. FL. VAL. CONSTANTIVS . P. F. AVG. Caput Conſtantii laureatum, ſ. c. cum paludamento ad pectus.
MONETA . AVGG. Tres monetæ cum attributis. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*


* SACRA . MONETA . AVGG. ET . CAESS. NOSTR. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ: in imo ST. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* SALVIS . AVGG. ET . CAESS. AVCTA . KART. in imo T. Figura muliebris ſtans, dextra ramum, ſiniſtra ſpicas. *Ex Bandurio t.2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* *Numiſmata maximi moduli, quæ Vaillantius tribuit Conſtantio Chloro, dubio procul pertinent ad Conſtantium Conſtantini filium, cui infra tribuentur. Homonymia Vaillantium incogitantem fefellit, non ſecus ac Collectorem Numiſmatum muſei Piſani.*




FLA-



* FLAVIA. HELENA. AVGVSTA. Caput Flaviæ Helenæ, d. c. FELICITAS. AVGVSTA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra ramum, ſiniſtra haſtam tranſverſam. *Apud Antonium Borionum.*



IMP.




* IMP. C. SEVERVS. P. F. AVG. Caput Severi laureatum, ad pectus cum paludamento.
VIRTVS. AV.... Imperator eques, dextra equum regit, ſiniſtra haſtam tenet. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo Thomæ Baſegli.*

* SEVERVS. NOB. CAES. Caput Severi galeatum, ac laureatum ad humeros, d. c.
VIRTVS. AVGG. ET. CAESS. NN. Figura equeſtris decurrens, & conculcans captivum, altero jam oppreſſo: in imo AQP. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* VIRTVS. AVGG. ET. CESS. (ſic) NN. Figura nuda galeata ſtans, dextra tenet pilum, ſiniſtra trophæum: in imo PT. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

GAL.



GAL. VAL. MAXIMIANVS. NOB. C. Caput Galerii Maximiani laureatum.

MONETA. AVGG. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ ferunt.

* GENIO. POPVLI. ROMANI. Genius nudus cum attributis: a ſiniſtris in area B: in imo SIS. *Ex Bandurio t.* 2. *Numiſ. Impp. in theſauro M. Ducis Hetruriæ*.

* SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KARTH. Figura galeata, & armata cum paludamento ſtans, dextra tenet ramum, ſiniſtra ſpicas. *Ex Bandurio t.* 2. *Numiſ. Impp. in theſauro M. Ducis Hetruriæ*.




IMP. C. M. A. VAL. MAXENTIVS. P. F. AVG. Caput Maxentii laurea redimitum.
MONETA. AVG. Tres Monetæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, ſiniſtra cornucopiæ geſtant.

* IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros cum paludamento.
AETERNITAS. AVG. N. in imo MOSTS. Caſtor, & Pollux cum equis, & attributis. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG. Caput Maxentii laureatum, & galeatum ſ. c. pectore tenus, dextra ſpiculum, ſiniſtra clypeum, in quo duo equites.
M. AVR. ROMVLVS. NOBILIS. CAES. Caput Romuli nudum d. c. cum laticlavio ad pectus. *In theſauro Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*

IOVIVS



J. B. Sintes ſculp.

IOVIVS. MAXIMINVS. NOB. CAES. Caput Maximini nudum.
MONETA. AVGG. ET. CAESS. N. N. Tres Monetæ ſtantes, dextra bilancem, læva cornucopiæ geſtant.

* GAL. VAL. MAXIMINVS. NOB. CAES. Caput Maximini laureatum ad humeros.
SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſiniſtra geſtat ſpicas; a dextris in area I. in imo M. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* VIRTVS. AVGG. ET. CAESS. NN. Figura nuda, & galeata gradiens, dextra geſtat haſtam, ſiniſtra trophæum humero impoſitum. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*



D. N. LICINI. LICINIVS. NOB. C. Licinius medio corpore tenus dextra haſtam gerit.

EXERC. AVGVSTORVM. Licinius paludatus ſtans, ſuper tripodem ſacra facit, coronatur a Victoria: ex adverſo Licinii ſtat figura togata, a dextris ejus miles.

* IMP. C. VAL. LICIN. LICINIVS. P. F. AVG. Caput Licinii radiatum.

IOVI. CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio ſtans, dextra fulmen, ſiniſtra haſtæ innititur: pro pedibus aquila, humi ſedet captivus; in area XIII. *In muſeo Theupolo.*



Sintes Sculp.

VICTOR . CONSTANTINVS . AVG. Conſtantinus laurea inſignis.

DEBELLATORI . GENT. BARBARR. Imperator paludatus eques: pro pedibus equi barbarus occiſus; alterum ille haſta transfigit.

CONSTANTINVS . MAX. AVG. Caput Conſtantini diademate redimitum.

EXVPERATOR . OMNIVM . GENTIVM. Conſtantinus inſidens thoraci dextra globum tenet, cui inſiſtit Victoria cum corona, & palma, ſiniſtra haſtam gerit: hinc, & inde captivus genuflexus gemens.

GLORIA . SAECVLI . VIRTVS . CAESARIS. Criſpus paludatus ſtans globum, cui inſiſtit phœnix, Conſtantino thoraci inſidenti, & haſtam læva tenenti offert, Criſpus humero ſiniſtro trophæum gerit: pro pedibus Panthera. [*In aliis* VIRTVS . CAESARIS . GLORIA . SAECVLI.]

D. N. CON-

D. N. CONSTANT. AVGVST. Diverſæ epigraphæ. Conſtantinus pectore tenus dextra globum, cui inſiſtit Victoria.
MONETA. AVGG. Tres Monetæ ſtantes, dextra bilancem, læva cornucopiæ geſtant.

CONSTANTINVS. P. F. AVG. Caput Conſtantini laureatum.
SALVS. ET. SPES. REIPVBLICAE. Conſtantinus ſedet inter duos filios paludatos dextra elata: ipſi haſtas geſtant.

CONSTANTINVS. MAX. AVG. Caput Conſtantini diadematum.
SECVRITATI. PERPETVAE. [*In aliis*, SECVRITAS. PERPETVA.] Securitas ſtans ſtolata, dextram ſupra caput admovet, ſiniſtro cubito columnæ innixo: pro pedibus hinc, & inde captivus humi ſedens.

VICTOR. CONSTANTINVS. AVG. Caput Conſtantini laureatum.
VICTOR. GENTIVM. BARBARAR. Imperator paludatus eques barbarum telo impetit, altero ſub equi pedibus jam occiſo.

CONSTANTINVS. MAX. AVG. Caput idem.
VICTORIA. AVGVSTI. Victoria inſidens ſpoliis tenet clypeum, in quo VOT. XX. MVLT. XXX.

VIRTVS. AVG. N. Imperator paludatus eques decurrens, dextra haſtam contra barbarum immiſſurus.

Inſcriptio deleta. Roma galeata thoraci inſidet dextra extenſa verſus Victoriam ei coronam porrigentem, & læva captivum trahentem.

* SECVRITAS. AVGVSTI. N. Mulier ſtolata ſtans, dextra capiti admota, ſiniſtra ſcipionem gerente, cubitoque innixo columnæ: hinc figura muliebri humi ſedente, illinc figura ſenili, pariter ſedente humi. *In muſeo Auſtriaco Vindobonenſi, olim PP. CC.*


* CONSTANTINVS. MAX. AVG. Caput Conſtantini corona ex lauro, & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento, ſ. c.
VICTORIA. GOTHICA. Victoria ſtans, dextra coronam offert

Fi-

Figuræ galeatæ, & paludatæ clypeo inſidenti, & haſtæ ſiniſtra innixæ; & ſiniſtra figuram in obſequium deflexam, ad humeros antrorſum urget. *In muſeo Albano, nunc Vaticano.*

* IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAX. P. F. AVG. Caput Conſtantini corona laurea redimitum, ad pectus cum paludamento; quod duodecim ſigna Zodiaci ambiunt; ſ. c.
S. P. Q. R. QVOD. INSTINCTV. DIVINITATIS. MENTIS. MAGNITVDINE. CVM. EXERCITV. SVO. TAM. DE. TYRANNO. QVAM. DE. OMNI. EIVS. FACTIONE. VNO. TEMP. IVSTIS. REMP. VLTVS. EST. ARMIS. ARC. TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT. In corona laurea. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. apud Equitem Fontanam.*






FLAV. MAX. FAVSTA. AVG. Caput Fauſtæ.

PIETAS. AVGVSTAE. Fauſta ſtolata ſtans, puerulum ad pectus admovet; alter ſtat pro ejus pedibus, cui aliquid porrigere videtur.





J·B·Sintes·ſculp·

CRISPVS. NOBIL. CAES. Criſpus pectore tenus dextra ſcipionem eburneum gerit.

MONETA. VRBIS. VESTRAE. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, læva cornucopiæ gerunt.


PRINCIPI. IVVENTVTIS. Criſpus ſtans paludatus, dextra ſignum militare: ad pedes hinc, & inde captivus humi decumbens.

VICTORIAE. BEATISSIMORVM. CAESS. Victoria ſedens præ manibus tenet clypeum, in quo VOT. X.

* CRISPVS. NOB. CAES. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento.

FELICIT SAECVL.... Figura ſtans, dextra ramum, ſiniſtra ſceptrum: in imo PR. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in theſauro M. Ducis Hetruriæ.*

* IVVENTVS. Figura ſtans, dextram admovet trophæo, ſiniſtra haſtam tenet. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*



D. N. CONSTANTINVS. IVN. NOB. C. Caput Conſtantini laureatum.
MONETA. VRBIS. VESTRAE. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ, dextra bilancem, læva cornucopiæ geſtant.

CONSTANTINVS. IVN. NOB. CAES. Caput Conſtantini diademate ornatum.
PRINCIPI. IVVENTVTIS. Imperator paludatus ſtans, dextra haſtam gerit; pro pedibus hinc, & inde captivus.

VICTORIA. AVG. Triremis, ſupra quam Victoria, tria ſigna militaria, & altera adſtat figura.
Hic nummus dono datus eſt CLEMENTI. IX. *Pontifici Maximo*.

VICTORIA. CONSTANTINI. AVG. Victoria inſidens thoraci utraque manu clypeum, in quo VOT. X.

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum.
VICTORIA. BEATISSIMORVM. CAES. Typus idem.

VIR-

VIRTVS . CAES. Conſtantinus ſtans ante trophæum : pro pedibus Cæſaris hinc, & inde captivus.

Eadem epigraphe. Conſtantinus eques paludatus duos conculcat barbaros, currens tenet dextra haſtam.


VOT. CAESS. Duæ Victoriæ ſtantes clypeum tenent, in quo VOT. XV.

* D. N. CONSTANTINVS . IVNIOR . NOB. C. Caput Conſtantini junioris nudum, ad pectus cum paludamento.
SACRA . MONETA . VRBIS. Tres Monetæ cum attributis. *In muſeo Piſano.*

* VIRTVS . AVGG. Figura nuda gradiens, & dextra poſt ſe captivum trahens, ſiniſtra tenet trophæum. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*

* VIRTVS . CAESS. Imperator paludatus, & armatus ſtans, ſiniſtra haſtam tenens, dextram imponit trophæo, ſub quo ſedet captivus. *Ex Bandurio t. 2. Numiſ. Impp. in muſeo M. Ducis Hetruriæ.*





Sintes Sculp.

CONSTANS. P. F. AVG. Caput Conſtantis diademate ornatum. BONONIA. OCEANEN. Triremis cum remigantibus, ſupra quam Conſtans, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum gerit: Victoria ſtat ad proram, & tria ſigna militaria in puppi affixa ſunt.

D. N. FL. CONSTANS. AVG. Caput Conſtantis laureatum. DEBELLATORI. GENTT. BARBARAR. Conſtans eques barbarum conculcat, & dextra alterum impetit haſta.

Eadem epigraphe. Conſtans medio pectore tenus, dextra ſcipionem eburneum.

GAVDIVM. POPVLI. ROMANI. Corona laurea, in qua SIC. V. SIC. X.

GLORIA. ROMANORVM. Conſtans togatus ſtat dextra extenſa, ſiniſtra parazonium habet.

Eadem epigraphe. Roma galeata, & Conſtantinus paludatus ſtantes clypeum tenent, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX.

CON-

CONSTANS. P. F. AVG. Caput Conſtantis diademate cinctum.
THEODEBERTVS AVGVSTVS.

Quamquam hic fuerit Francorum Rex, recenſetur inter Imperatores, quum præferat nomen Auguſti.

RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

IVSTINVS AVGVSTVS. (*junior*)

RRR. *AV.*, O. *AR.*, C. *AE.* Difficile diſcernuntur nummi Juſtini junioris a nummis Senioris, qui minime rari ſunt.

TIBERIVS CONSTANTINVS AVGVSTVS.

R. *AV.*, RRR. *AR.*, C. *AE.*

MAVRICIVS TIBERIVS AVGVSTVS.

R. *AV.*, RRR. *AR.*, C. *AE.*

FLAVIVS FOCAS AVGVSTVS.

R. *AV.*, RR. *AR.*, C. *AE.*

HERACLIVS AVGVSTVS.

R. *AV.*, RR. *AR.*, C. *AE.*

HERACLIVS CONSTANTINVS AVGVSTVS.

R. *AV.*, O. *AR.*, R. *AE.* non reperitur niſi ſimul cum Patre.

HERACLIVS AVGVSTVS. (*vulgo Heracleonas*) OOO.

TIBERIVS (*Heraclii filius*) CAESAR (*poſtea*) AVGVSTVS. OOO.

CONSTANS, ſeu CONSTANTINVS AVGVSTVS.

R. *AV.* & *AE.*, RR. *AR.*

CONSTANTINVS AVGVSTVS (*vulgo Pogonatus*)

R. *AV.*, RR. *AR.* & *AE.*

IVSTINIANVS AVGVSTVS (*vulgo Rhinotmetus*)

R. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

TIBERIVS (*Juſtiniani fil.*) CAESAR (*& poſtea*) AVGVSTVS.

RR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.* Non reperitur niſi ſimul cum Patre.

LEONTIVS AVGVSTVS.

RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

TIBERIVS AVGVSTVS (*vulgo Abſimarus*)

RR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

FILEPICVS AVGVSTVS.

RR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

ARTEMIVS ANASTASIVS AVGVSTVS.

RR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

THEODOSIVS AVGVSTVS. (*Adramyttenus*)

RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

LEO AVGVSTVS (*Iſaurus*)

C. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

CONSTANTINVS AVGVSTVS (*Copronymus*)

R. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

ARTAVASDVS AVGVSTVS.

Nummus *AV.* unicus in muſeo D. de Cleves cum capite Conſtantini Copronymi in parte averſa. O. *AR.* & *AE.*

NICEPHORVS AVGVSTVS. (*Artavaſdi fil.*) OOO.

LEO AVGVSTVS. (*Chazarus*) OOO.

CONSTANTINVS AVGVSTVS.

RRRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

IRENE AVGVSTA.

RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

NICEPHORVS AVGVSTVS.

RR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

STAVRACIVS AVGVSTVS.

RR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.* cum Nicephoro in parte averſa.

LEO AVGVSTVS. (*Armenus*) OOO.

CONSTANTINVS (*Leonis fil.*) AVGVSTVS. OOO.

MICHAEL AVGVSTVS. (*Balbus*)

RR. *AV.*, O. *AR.*, R. *AE.*

THEOPHILVS AVGVSTVS.

R. *AV.*, O. *AR.*, C. *AE.*

THEODORA DESPVNA.

In fam. Bizant. Ducangii, & nummis Impp. Bandurii t. II. p. 720.

MICHAEL AVGVSTVS.

RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

BASILIVS AVGVSTVS. (*Macedo*)

RR. *AV.* & *AR.*, R. *AE.*

CONSTANTINVS AVGVSTVS. (*Baſilii fil.*)

Non reperitur niſi ſimul cum patre.

LEO

LEO AVGVSTVS. (*Sapiens*)
RRR. *AV.*, RR. *AR.*, R. *AE.*

ALEXANDER AVGVSTVS.
Simul cum Leone fratre. O. *AV.* & *AR.*, RR. *AE.*

ROMANVS AVGVSTVS. (*Lecapenus*)
RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

CHRISTOPHORVS AVGVSTVS. (*Romani Lecapeni fil.*)
Simul cum patre.

STEPHANVS AVGVSTVS. (*Romani fil.*) OOO.

CONSTANTINVS AVGVSTVS. (*Romani fil.*)
OOO.

CONSTANTINVS AVGVSTVS. (*Porphyrogenitus*)
RR. *AV.*, O. *AR.*, C. *AE.*

ROMANVS AVGVSTVS. (*junior*)
O. *AV.* & *AR.*, RR. *AE.*

THEOPHANO AVGVSTA. (*Romani jun. uxor*)
O. *AV.* & *AR.*, RRRR. *AE.*

NICEPHORVS (*Phocas*) AVGVSTVS.
RRR. *AV.*, O. *AR.*, RR. *AE.*

IOHANNES ZIMISCES AVGVSTVS.
O. *AV.* & *AR.*, RR. *AE.*

BASILIVS AVGVSTVS. (*Bulgaroctonus*)
O. *AV.* & *AR.*, C. *AE.*

CONSTANTINVS AVGVSTVS.
Simul cum Baſilio fratre.

ROMANVS AVGVSTVS. (*Argyrus*) OOO.

MICHAEL AVGVSTVS. (*Paphlago*) OOO.

MICHAEL AVGVSTVS. (*Calaphates*) OOO.

CONSTANTINVS AVGVSTVS. (*Monomachus*) OOO.

ZOE AVGVSTA. OOO.

THEODORA AVGVSTA. OOO.

MICHAEL AVGVSTVS. (*Stratioticus*) OOO.

ISAACIVS AVGVSTVS. (*Comnenus*)
RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

CONSTANTINVS DVCAS AVGVSTVS.
RR. *AV.* & *AE.*, O. *AR.*

ROMANVS AVGVSTVS. (*Diogenes*)
R. *AV.*, O. *AR.*, RR. *AE.*

MICHAEL. DUCAS AUGUSTUS.
R. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

CONSTANTINUS DUCAS AUGUSTUS. (*Porphyrogenitus*) OOO.

NICEPHORUS BOTANIATES AUGUSTUS.
RRR. *AV.*, O. *AR.* & *AE.*

ALEXIUS COMNENUS AUGUSTUS.
RR. *AV.* & *AE.*, O. *AR.*

IOANNES (*Comnenus*) PORPHYROGENITUS AUGUSTUS.
R. *AV.* & *AE.*, RR. *AR.*

MANUEL (*Comnenus*) PORPHYROGENITUS AUGUSTUS.
RR. *AV.*, O *AR.*, R. *AE.*

ALEXIUS COMNENUS AUGUSTUS. (*junior*, *Porphyrogenitus*) OOO.

ANDRONICUS AUGUSTUS. (*Comnenus*)
RR. *AV.*, O. *AR.*, R. *AE.*

ISAACIUS (*Angelus Comnenus*) AUGUSTUS.
RRR. *AV.*, & *AR.*, R. *AE.*

ALEXIUS (*Angelus Comnenus*) AUGUSTUS. (*Iſaaci fil.*)
O. *AV.* & *AR.*, RR. *AE.*

ALEXIUS (*Ducas Murtzuphlus*) AUGUSTUS. OOO.

THEODORUS LASCARIS AUGUSTUS.
Ducangius adfert duo ſigilla ex auro.

THEODORUS ANGELUS AUGUSTUS. OOO.

IOANNES (*Ducas Vatatzes*) AUGUSTUS. OOO.

MICHAEL PALAEOLOGUS AUGUSTUS. (*ſenior*) OOO.

ANDRONICUS PALAEOLOGUS AUGUSTUS. (*ſenior*) OOO.

MICHAEL PALAEOLOGUS. (*junior*) OOO.

ANDRONICUS PALAEOLOGUS AUGUSTUS. (*junior*) OOO.

IOANNES PALAEOLOGUS AUGUSTUS. OOO.

IOANNES CANTACUZENUS AUGUSTUS. OOO.

MATTHAEUS CANTACUZENUS AUGUSTUS. OOO.

ANDRONICUS PALAEOLOGUS AUGUSTUS. OOO.

MANUEL PALAEOLOGUS AUGUSTUS. OOO.

IOANNES PALAEOLOGUS AUGUSTUS. (*Andronici fil.*) OOO.

IOHANNES PALAEOLOGUS AUGUSTUS. (*Manuelis fil.*)
RRRR. *AV.* max. in muſeo Mediceo, *AE.* ex Ducang.

CONSTANTINUS PALAEOLOGUS AUGUSTUS.
AR. max. ex Ducang. ſed recens cuſus.

IN-

INDEX CHRONOLOGICUS IMPERATORUM

Quorum Numiſmata nobis ſuperſunt, a Julio Cæſare ad Conſtantinum Palæologum.

1 JULIUS CÆSAR, oppreſſa libertate, Dictaturam init anno U.C. 705. Hanc perpetuam facit. Bruti, & Caſſii conſpiratione, Idibus Martiis, conjuratorum pugione confoditur anno U.C. 710. ante Chriſti Nativitatem juxta æram vulgarem 44. quum eſſet ætatis annorum 56. poſtquam imperaverat annos 5.

2 OCTAVIUS CÆSAR AUGUSTUS, Julii ex ſorore nepos, extincto M. Antonio poſt victoriam Actiacam, imperium capit anno U.C. 725. Pace ubique terrarum parta, CHRISTUS DOMINUS humani generis reparator naſcitur anno U.C. 749. Coss. C. Cæſare XII. & L. Cornelio Sulla, VIII. Kal. Januarii. Obit Auguſtus magno civium luctu XVI. Kal. Aug. anno U.C. 767. Chriſti juxta æram vulgarem 14. ætatis annorum 76. quum imperaſſet a morte M. Antonii annos 44. diebus 13. demptis.

3 TIBERIUS ex Livia, & Nerone ortus ab Auguſto vitrico adoptatus, qua die Auguſtus moritur, imperium capeſſit. Eo imperante CHRISTUS DOMINUS cruci affixus Jeroſolymis pro ſalute humani generis mortem obit, Coss. L. Rubellio Gemino, & C. Fufio Gemino. Tiberius poſt vitam turpiſſime actam, poſtremis præſertim annis, in inſula Caprearum, moritur XVII. Kal. Aprilis anno U.C. 790. Chriſti 37. ætatis annorum 78. poſt imperium annorum 22. menſium 7.

4 CAJUS CÆSAR, Caligula dictus, patre Germanico, matre Agrippina M. Agrippæ, & Juliæ filia, ſuccedit Tiberio, cui ſpiranti fauces oppreſſiſſe ſuis ipſe manibus dicitur. Vir flagitioſiſſimus, & ſtolide prodigus ſibi divinos honores decerni, templaque erigi imperat. A Caſſio Chærea tribuno cohortis prætoriæ occiditur IX. Kal. Februarii, anno U.C. 794. Chriſti 41. ætatis annorum 29. tertio imperii anno cum 9. menſibus, & diebus 28.

5 TIBERIUS CLAUDIUS, *Druſi* Tiberii fratris filius, Caji Caligulæ pa-

patruus ad imperium a Prætorianis evehitur. Princeps ſtolidus potius quam malus res omnes Libertorum arbitrio gerit. Ab Agrippina uxore porrecto in boletis veneno necatur III. Idus Octobris anno U. C. 807. Chriſti 54. ætatis annorum 64. decimo tertio imperii anno cum 8. menſibus, & diebus 19.

6 Claudius Nero a Tiberio adoptatus ſeptendecim annos natus ad imperium procedit. Per id tempus, quo Senecæ paret, recte ſe gerit. Mox omni pudore excuſſo in omne ſcelus erumpit. Britannicum veneno tollit, Agrippinam matrem interficit, Senecam præceptorem ad necem compellit, urbem incendit, aurigam agit. Omnibus tandem exoſus ſibi ipſe carnifex ferrum jugulo adigit V. Idus Junii anno U. C. 821. Chriſti 68. ætatis annorum 31. quum imperaſſet annos 13. menſes 7. dies 27.

7 Servius Sulpicius Galba, extincta in Nerone progenie Cæſarum, C. Julio Vindice impellente, imperium arripit in Hiſpania, dum L. Clodius Macer idem tentat in Africa. A Senatu Imperator declaratus, in Italiam progreſſus Romam inter cædes ingreditur, pugione a cervicibus ante pectus dependente. Quod Piſonem adoptaſſet, Otho iratus, Prætorianos in illum concitat, quem interficiunt XVIII. Kal. Februarii anno U. C. 822. Chriſti 69. ætatis annorum 73. poſt 7. menſes imperii.

8 M. Salvius Otho a Prætorianis imperator ſalutatus, a Senatu confirmatur in ejus nomen jurante. Vitellii duces cum legionibus Othonis confligunt ad Bebriacum, & prævalent. Otho civile bellum deteſtatus, uno pugionis ictu ſe confodiens exanimatur XVII. Kal. Martii anno U. C. 822. Chriſti 69. annum agens 37. die 95. imperii.

9 A. Vitellius audito Othonis exitu, dum adhuc in Gallia eſſet, iter Romam verſus arripit per medias civitates ritu triumphantis vectus. Ut campos, in quibus pugnatum eſt, adiit, abhorrentibus quibuſdam cadaverum tabem deteſtabili ſententia ait, optime olere occiſum hoſtem, & melius civem. A Veſpaſiani militibus interficitur XIII. Kal. Januarii anno U. C. 822. Chriſti 69. ætatis annorum 57. imperii menſe octavo, & die uno.

10 Flavius Vespasianus ortus Reate ab Ægypti legionibus primum, deinde ab exercitu Judaico imperator eligitur. Imperium peſſime habitum a prædeceſſoribus reſtituit. Morbo correptus, & jam deficiens Imperatorem ait ſtantem mori oportere.

Re-

Decedit VIII. Kal. Julii anno U. C. 832. Chriſti 79. ætatis annum gerens 69. decimo imperii anno.

11 TITUS VESPASIANUS patri in imperio ſuccedit. Jeroſolymam principem Judææ urbem expugnat, & cum Patre triumphum de Judæis agit. Amor dictus eſt, & deliciæ generis humani. Qua die recordatus ſe nihil cuiquam præſtitiſſe, admirabilem illam, meritoque laudandam vocem edidit, *amici, diem perdidi*. Exceſſit Idibus Septembris anno U. C. 834. Chriſti 81. poſt biennium, menſes 2. & dies 20. ætatis annorum 41.

12 DOMITIANUS fratrem optimum ipſe malus in imperio conſequitur. Ludos ſæculares magnifice edit. Dominus, & Deus vult appellari. A conjuratis in ſuo cubiculo interficitur XIIII. Kal. Octobris anno U. C. 849. Chriſti 96. ætatis anno 45. imperii 15. cum quinque diebus.

13 M. COCCEJUS NERVA Narniæ natus, die eadem cædis Domitiani ad imperium a Prætorianis evehitur, adprobante Senatu. Domitiani acta reſcindit, delatores ad ſupplicium vocat, optimas leges conſtituit, & poſthabitis ſuis, Trajanum virum exterum, ſed meliorem ceteris adoptat, & Cæſarem vocat. Moritur VI. Kal. Februarii anno ætatis 63. imperii uno cum 6. menſibus, & diebus 8. U. C. 851. Chriſti 98.

14 M. ULPIUS TRAJANUS Italicæ in Hiſpania natus, imperium init Coloniæ; & Romam anno ſequenti pergit. Pedes ingreditur inter civium plauſus. Optimi cognomen, Patris patriæ titulum, Pontificis Maximi dignitatem a Senatu accipit. Dacos vincit, & Decebalum regem ad ſibi inferendam necem adigit. Selinunte in Cilicia obit anno ætatis 65. imperii 20. cum 6. menſibus, & diebus 15. U. C. 870. Chriſti 117.

15 P. ÆLIUS HADRIANUS ex Italica oriundus, Romæ ortus, a Trajano adoptatus ad Imperium aſcendit Antiochiæ. Romam revertitut. Syngraphas comburit reliquorum, quæ Fiſco privati debebant. Summa erat Seſtertium novies millies, videlicet viginti duorum millionum cum ſemiſſe ſcutorum Romanæ monetæ. Imperii provincias omnes pedes inviſit detecto capite. Obit Bajis in Campania VI. Idus Julii anno U. C. 891. Chriſti 138. ætatis annorum 62. menſium 5. dierum 17. poſtquam regnaverat annos 20. menſes 11. uno die minus.

16 T. ANTONINUS mortuo L. ÆLIO, quem Hadrianus Cæſarem di-

dixerat, ab Hadriano adoptatus eidem in imperio ſuccedit, ſucceſſionem Senatu probante. Senatus Pii titulum illi adtribuit ob pietatem ab eodem exercitam tum erga Hadrianum, quem ab nece ſibi inferenda cohibuit, tum erga illos, quos ab Hadriano morti damnatos ipſe ſervavit. Obit Nonis Martiis anno U. C. 914. Chriſti 161. poſt imperium annorum 22. menſium 7. & dierum 26. quum eſſet ætatis annorum 73. menſium 5. & dierum 16.

17 M. Aurelius Antoninus annos agens 17. ab Antonino Pio adoptatus, illo mortuo a Senatu Auguſtus dicitur, & ipſe L. Verum in conſortium Imperii vocat, Lucillamque filiam in uxorem tradit. Extincto Vero ſolus imperat. Bellum atrox gerit cum Quadis, qui numero plures Romanos undique cingunt, & aquarum inopia affligunt. Legio xii. fulminans dicta, & Melitina ex Chriſtianis militibus conſtans preces ad Deum flexis genibus fundit: & repente pluvia ingens ſitientem Romanum exercitum recreat, & aggredientes hoſtes ignibus, & fulminibus impetit. Moritur M. Aurelius xvi. Kal. Aprilis anno U. C. 933. Chriſti 180. ætatis 58. cum menſibus 10. & diebus 22. quum imperaſſet annos 19. & dies 10.

18 L. Aurelius Commodus Antoninus, qui etiam Marcus in nummis dicitur, ita a patre degener, ut Gladiatoris, cujus amore capta fuerat Fauſtina mater, filius haberetur; ſævus, ferox, hoſtis Senatus, gladiatorio habitu procedens, a conjuratis veneno primum appetitur, deinde a Narciſſo gladiatore præfocatur. Vixit annos 31. & menſes 4. Periit die ultima anni U. C. 945. Chriſti 192. poſtquam imperium tenuerat a morte patris annos 12. menſes 9. dies 14.

19 P. Helvius Pertinax Albæ pompeii ortus. Kal. Januariis a militibus, & Senatu ad imperium poſcitur invitus. Vir probus, & fortis, dum veterem diſciplinam militarem reſtituere ſatagit, a militibus interficitur v. Kal. Aprilis anno U. C. 946. Chriſti 193. poſt 87. dies imperii annos agens 66. cum 7. menſibus, diebus 28.

20 M. Didius Severus Julianus Mediolano oriundus imperium a militibus prætorianis mercatus, qui illud magis offerenti obtulerant, pretio ſexcentorum vigintiquinque ſcutorum Romanæ monetæ viritim ſolvendorum, non diu tenet. A Senatu capite damnatur, & a gregario milite obtruncatur anno ſexageſimo ætatis cum 4. menſibus, & diebus 4. poſtridie Kal. Junii anno U. C. 946. Chriſti 193. quum imperaſſet 66. diebus.

D. Se-

21 D. SEPTIMIUS CLODIUS Adrumeti in Africa natus ob mirum cutis candorem ALBINUS dictus, audita Pertinacis morte, Cæſaris titulum aſſumit, deinde Auguſti, & contra Severum, qui ſe Auguſtum dixerat, cum exercitu Britannico per Galliam proficiſcitur. Juxta Lugdunum pugnatur incerto aliquandiu marte, ſed tandem Severo victore Albinus ſe ipſe gladio transfigit XI. Kal. Martii poſt annum ab imperio aſſumpto anno U. C. 950. Chriſti 197.

22 C. PESCENNIUS NIGER JUSTUS Aquinas ab exercitu Syriaco Imperator dictus, ab Orientalibus, & Africanis adprobatur. Severus in eum arma movet, uti publicum hoſtem, bis in acie fundit; fugientem equites inſequuntur, atque interficiunt in ſenium vergentem anno U. C. 948. Chriſti 195.

23 L. SEPTIMIUS SEVERUS Leptis in Libia Tripolitana ortus eſt. Imperator eligitur a legionibus Illyrici. Armatus Romam ingreditur; Peſcennium, atque Albinum in imperio æmulos debellat, & obtruncat: ludos ſæculares celebrat anno U. C. 957. Expeditionem ſuſcipit in Britannos, omnemque inſulam conſtructo muro bifariam ſecat. Eboraci morbo correptus perit pridie Nonas Februarii anno U. C. 964. Chriſti 211. quum eſſet annorum 65. menſium 8. dierum 25. poſtquam imperium geſſerat annis 17. menſibus 8. diebus 3.

24 M. AURELIUS ANTONINUS, & P. SEPTIMIUS GETA ſuccedunt Severo patri in imperio. Paulo poſt M. Aurelius, quem *Caracallam* dicunt, Getam fratrem in Juliæ matris ſinu occidit. Homo ferax, rapax, & prodigus a Martiali quodam, Macrini ſuaſu perimitur, dum Edeſſa Carras pergit VI. Idus Aprilis anno U. C. 970. Chriſti 217. ætatis annorum 29. & dierum 4. poſt imperii annos 6. menſes 2. & dies 4. a patris morte.

25 M. OPELIUS MACRINUS natione Maurus ex infima gente, a Prætorianis Imperator ſalutatur, probante electionem Senatu odio in Caracallam. Macrinus Cæſarem primum, deinde Auguſtum declarat DIADUMENIANUM ſuum filium, quem Antoninum dicit, quamvis adhuc puer eſſet 10. annorum. A militibus Elagabali occiditur poſt cædem filii, ætatis annorum 54. poſt 14. menſium imperium demptis 3. diebus, anno U. C. 971. Chriſti 218.

26 M. AURELIUS ANTONINUS ELAGABALUS artibus Mæſæ aviæ a militibus ad imperium elevatur. Solis cultum, a quo Elagabali cognomen accepit, Romam inducit: ſe omnium ſcelerum generibus

bus inquinat: poſt monſtroſam vitam a Prætorianis necatur v. Idus Martii anno U. C. 975. Chriſti 222. ætatis annorum 18. poſt imperium 3. annorum, 9. menſium, dierum 4.

27 M. Aurelius Severus Alexander nuncupatus Cæſar ab Elagabalo conſobrino, & ab eodem inſidiis petitus, a Prætorianis Auguſtus dicitur, & a Senatu comprobatur ſtatim ab Elagabali cæde, quum eſſet annorum 13. & ſemis. Imperator a prima pueritia probus, in omnibus diſciplinis egregie inſtitutus, liberalis, pius dogma illud Chriſtianorum maximi ducebat, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*. A militibus Moguntiaci interficitur, Maximino inſtigante xix. Kal. Aprilis anno U. C. 988. Chriſti 235. annum agens 26. cum 5. menſibus, & diebus 19. quum imperaſſet annos 13. & dies 9.

28 C. Jul. Maximinus Thrax, ſive Gothus a militibus Imperator creatur, & ipſe Jul. Verum Maximum filium Cæſarem dicit. Senatus hominem efferum, & crudelem & omnium odio dignum ob optimi principis cædem, deteſtatur, & hoſtem judicat, imperiumque duobus Gordianis delatum adprobat. Maximinus ira percitus dum arma in Senatum movet, prope Aquilejam occiditur a militibus una cum filio ad finem Martii, annum ipſe agens 55. & Maximus 21. poſt 3. annorum regnum, anno U. C. 991. Chriſti 238.

29 M. Ant. Gordianus pater, & M. Ant. Gordianus filius Africani dicti, quod genus jactarent a Scipione Africano, Carthagine imperium arripiunt, quod Senatus confirmat. A Capelliano præfecto Africæ Maximini nomine prælio vincuntur; vitamque amittunt poſt menſem circiter, & dimidium anno U. C. 990. Chriſti 237.

30 D. Cælius Balbinus, & M. Claudius Pupienus Maximus, audita Romæ Gordianorum cæde, Auguſti a Senatu creantur, quibus populi juſſu Gordianus Cæſar additur annorum 12. Mox a Prætorianis, qui Imperatores a Senatu electos ægre ferebant, occiduntur poſt 100. circiter dierum imperium, verſus finem Julii anno U. C. 991. Chriſti 238.

31 M. Antonius Gordianus, Pius dictus, Gordiani Africani junioris nepos a Prætorianis Imperator dicitur, & a Senatu probatur. Miſithæi, cujus filiæ Sabiniæ Tranquillinæ nupſerat, conſiliis, & ope uſus omnia feliciter exequitur. Eo mortuo a Philippo prætorii præfecto

fecto, manu militum obtruncatur annorum undeviginti, quum imperaſſet annos 5. & menſes 8. anno U. C. 997. Chriſti 244.

32 M. Julius Philippus Arabs, militibus probantibus, Imperatoris titulum uſurpat, quem deinde M. Julio Philippo filio, impuberi tribuit. Ludos ſæculares anno milleſimo ab urbe condita magnificentiſſime celebrat. Commiſſo in agro Veronenſi cum copiis Trajani Decii prælio vincitur, & necatur poſt 5. annos, & aliquot menſes imperii; ejuſque filius Romæ a militibus perimitur anno U. C. 1002. Chriſti 249.

33 C. Messius Quintus Trajanus Decius ex Illyrio, ad imperium evehitur a militibus, & ipſe Q. Herennium Etruscum Mes. Decium filium, Cæſarem creat primum, deinde etiam alterum filium natu minorem C. Valentem Hostilianum Messium Quintum. Perſecutio magna a Decio in Chriſtianos excitatur. Dum pugnat cum Scythis, paludem ingreſſus vel ſub aquis mergitur, vel ab hoſtibus trucidatur, paulo ante ſagittis confixo ejuſdem filio Herennio; quem ad hoc bellum proficiſcens conſortem imperii declaraverat. Annum agebat Decius 55. Imperium tenuit ultra 2. annos; periit anno U. C. 1004. Chriſti 251.

34 C. Vibius Trebonianus Gallus Decio ſuccedit, & Hoſtilianum Auguſtum dicit, qui paulo poſt peſte correptus Romæ perit. C. Vibium Volusianum filium Auguſtum creat. Dum ambo Auguſti contra Æmilianum præliaturi pergunt, Interamnæ a ſuis militibus necantur menſe Majo poſt regnum 18. menſium, anno U. C. 1006. Chriſti 253.

35 C. Julius Æmilianus Maurus Auguſti titulum obtinet a Senatu. A militibus contemptui habetur, qui, audito Valeriani adventu, Spoleti eum obtruncant poſt 3. menſes Imperii, anno U. C. 1006. Chriſti 253.

36 P. Licinius Valerianus ab exercitu Rhætico Imperator nuncupatur, & a Senatu non ſine gaudio ſuſcipitur: iſque Gallienum filium, quem Senatus jam Cæſarem dixerat, Auguſtum declarat. Congreſſus infeliciter cum Sapore Perſarum rege capitur, indigne habetur, & cure detracta miſere necatur ætatis annorum 77. poſt 7. imperii annos, anno U. C. 1013. Chriſti 260.

37 P. Licinius Gallienus a patre Auguſtus dictus Cæſarem nuncupat P. Cornelium Saloninum filium, & Auguſtum P. Licinium Valerianum fratrem. Imperium miſere la-

ceratur a 30. tyrannis. POSTUMUS imperat in Gallia, MACRIANUS, & QUIETUS in Oriente, LÆLIANUS Moguntiaci, VICTORINUS in Germania, cui MARIUS ſuccedit. Gallienus AUREOLUM vincit, quem Mediolani dum obſidet, cum Valeriano fratre necatur ætatis annorum 55. quum imperaſſet 15. annis completis, 7. ſimul cum patre, & 8. ſolus, anno U. C. 1021. Chriſti 268.

38 M. AURELIUS CLAUDIUS a victis Gothis *Gothicus* dictus, ſublato Gallieno, Imperator ab exercitu declaratur. Aureolum prælio vincit, quem milites necant. Gothos ingenti clade profligat. Peſte correptus occumbit ætatis annorum 56. quum ultra 2. annos regnaſſet, quem in Imperio excipit QUINTILLUS ejus frater, quod vix tenet 17. diebus a militibus interemptus anno U.C. 1023. Chriſti 270.

39 L. DOMITIUS AURELIANUS legionum omnium conſenſu Imperator dicitur. Muros urbis reſtituit, laxato pomærio. *Zenobiam* vincit, quam ſimul cum TETRICIS patre, & filio in triumphum ducit. Dum arma parat in Perſas, a ſuis interficitur poſt 4. annos imperii, & menſes 9. anno U. C. 1028. Chriſti 275.

40 M. CLAUDIUS TACITUS poſt 7. menſium interregnum certantibus militibus cum Senatu in novi Imperatoris delectu, a Senatu tandem invitus, Imperator renunciatur. A Cornelio Tacito jactans ſe genus ducere, in omnibus Bibliothecis jubet exemplaria ejuſdem operum reponi, ne pereant; quæ tamen magna ex parte periere. Poſt 6. menſes moritur; cui M. ANNIUS FLORIANUS ejus frater ſuccedere non videtur ad duos menſes, niſi ut interficiatur: Anno U. C. 1029. Chriſti 276.

41 M. AURELIUS PROBUS ex Sirmio Pannoniæ a militibus ad imperium elevatur, quod ille non accipit, niſi Senatu conſentiente. Innumera bella gerit, & quot bella, tot victorias refert. Militibus inviſus, quod otiari non ſineret, ab iiſdem interimitur, ætatis annorum 50. poſt 6. annos, & 4. menſes imperii, anno U. C. 1035. Chriſti 282.

42 M. AURELIUS CARUS ab exercitu Imperator nuncupatur: & paulo poſt ipſe Auguſtos nuncupat CARINUM, & NUMERIANUM filios. Fuſis Perſis, dum illos ultra Cteſiphontem perſequitur, morbo corripitur, & a fulmine in ſuo tentorio comburitur. Numerianus poſt 8. menſes ab Apro ſocero occiditur; & Carinus, qui

qui prius JULIANUM prælio cæciderat, cum Diocletiano congrediens a ſuis militibus impuros ejus mores deteſtantibus trucidatur anno U. C. 1037. Chriſti 284.

43 C. VALERIUS DIOCLETIANUS Dalmata Chalcedone ab exercitu Imperator eligitur, qui Aprum ſua manu transfigit, vaticinium implens ſe imperatorem futurum, quum aprum occideret. Mox M. VALERIUM MAXIMIANUM ad imperii ſocietatem vocat. AMANDUS necatur, qui ſe dixerat Imperatorem in Gallia. CARAUSIUS, & ALLECTUS in Anglia opprimuntur. Diocletianus, & Maximianus dominationis pertæſi imperio ſe abdicant, & Auguſtos creant CONSTANTIUM CHLORUM, & GALERIUM MAXIMIANUM. Diocletianus Salonæ moritur poſt annos 21. Imperii anno U. C. 1063. Chriſti 310.

44 FLAVIUS VALERIUS CONSTANTINUS mortuo Conſtantio patre a militibus Imperator appellatur. Conſtantius obit Eboraci VIII. Kal. Auguſti anno U. C. 1059. Chr. 306. Conſtantinus Cæſaris titulo contentus, quem Galerius Maximianus illi confirmat, videt interim a Galerio declarari Auguſtum M. AURELIUM SEVERUM, a Diocletiano Cæſarem MAXIMINUM, & a populo Romano Cæſarem MAXENTIUM. Poſt Severi necem Galerius LICINIUM Auguſtum nuncupat; novoque titulo ornat Conſtantinum, & Maximinum *Filios Auguſtorum* appellando. Maximinus ſe Auguſtum declarat. Maxentius ſe Imperatorem creat, & ROMULUM filium, Cæſarem, & Conſulem dicit: confligit cum ALEXANDRO (cujus filius creditur NIGRINIANUS) qui Auguſti nomen uſurpaverat, eumque debellat, & perimit. Imperator Conſtantinus ad pontem Milvium, Chriſti nomine invocato poſt Crucis adparitionem, Maxentium profligat, qui in Tyberi mergitur poſt 6. annos regni. Licinius Maximini copias fundit, qui paulo poſt miſerrime obit. Conſtantinus tropæum ſalutiferæ Crucis Romæ erigit, pacemque reddit Eccleſiæ. Licinium bis prælio vincit, jubetque interfici novas res molientem; atque MARTINIANUM a Licinio Cæſarem dictum obtruncat. Anno Chriſti 325. Concilio Nicæno contra Arianos celebrato intereſt. LICINIUM juniorem ex ſorore nepotem, & CRISPUM filium Cæſares jam dictos morti addicit. Conſtantinopolim ædificat, exornat, novamque Romam nuncupat. In ſuburbiis Nicomediæ Imperator vere maximus Chriſtianam mortem obit poſt 30. annos, 9. menſes, & dies 27. Imperii,

 XI. Kal.

xi. Kal. Julii, ætatis annorum 63. menſium 2. & dierum 25. anno U. C. 1090. Chriſti 337.

45 CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS Conſtantino patri ſuccedunt, atque inter ſe Romani imperii provincias partiuntur. Milites furunt in alios Cæſares, DELMATIUM, & HANNIBALIANUM, quos necant. Conſtantinus, Conſtanti fratri dum bellum indicit, in inſidias labitur prope Aquilejam, & interficitur anno U. C. 1093. Chriſti 340. Conſtans a militibus Magnentii necatur anno U. C. 1103. Chriſti 350. NEPOTIANO, VETRANIONE, MAGNENTIO, & DECENTIO, qui imperium arripuerant, victis, & occiſis, Conſtantius creat Cæſarem, & Auguſtum CONSTANTIUM GALLUM, cujus creationis ob malos ejus mores brevi pœnitens purpura privat, & vita: & ipſe poſt 38. annos regni, & a morte patris 25. ætatis annorum 45. moritur III. Non. Novembris anno U. C. 1114. Chriſti 361.

46 FL. CLAUDIUS JULIANUS Galli Cæſaris frater, Cæſaris, & Auguſti dignitate auctus ab Imperatore Conſtantio, Chriſtianam religionem deſerit, Idola reſtituit, Chriſtianos a ſcholis arcet, & literas diſcere vetat. In Perſas exercitum ducit, cum illis confligit, vulneratur telo ab ignota manu vibrato, cruoremque exceptum manibus contra cælum projiciens, dum ſuis Diis maledicit, ſacrilegam animam vomit VII. Kal. Julii U. C. 1116. Chriſti 363. ætatis annorum 32. poſt regnum a morte Conſtantii anni 1. & menſium 8.

47 FL. CLAUD. JOVIANUS ab exercitu Juliani omnibus plaudentibus Imperator eligitur. Imperium renuit, niſi milites omnes ſe Chriſtianos eſſe profiteantur. Pacem, & tranquillitatem Eccleſiæ reſtituit, pacem cum Perſis paciſcitur conditionibus minus æquis, ut exercitum incolumem ſervet. Poſt 7. menſes, & 20. dies imperii obit improviſa morte correptus ætatis annorum 33. XIV. Kal. Martii anno U. C. 1116. Chriſti 363.

48 VALENTINIANUS Nicææ in Bithynia a primoribus aulæ, atque exercitus ad imperium vocatur, qui vix menſe elapſo VALENTEM fratrem Auguſtum declarat, eique Orientem, ſibique Occidentem regendum partitur. Dum in legatos Quadorum iracunde invehitur, extemplo occumbit XV. Kal. Decembris anno U. C. 1128. Chriſti 375. ætatis annorum 55. poſt regnum 12. annorum, 3. menſibus ſubtractis. Valens PROCOPIUM, qui rebellaverat, ſeque Auguſtum dixerat, prælio vincit, & captivum morte punit. Prælium atrox init

init cum Gothis, a quibus ſuperatur, deleto magna internecione ejus exercitu, & ipſe vel in æſtu pugnæ cadit, vel adplicito igne domui, in quam ſe abdiderat, vivus exuritur V. Idus Auguſti anno U. C. 1131. Chr. 378. ætatis annorum 50. poſtquam imperaverat annos 14. & menſes 4.

49 GRATIANUS Valentiniani filius a patre Auguſtus creatus, ſolus imperat poſt mortem Valentis. Princeps pius, optimis inſtructus moribus poſt 5. annorum imperium a morte patrui ætatis annorum 29. ab Andragatio MAXIMI tyranni duce necatur VIII. Kal. Septemb. anno U. C. 1136. Chr. 383. VALENTINIANUS JUN. Gratiani frater natu minor purpuram imperatoriam a patre accipit, ſed non diu tenet, ab Arbogaſte apud Viennam Galliæ ſtrangulatus ætatis annorum 26. Idibus Junii anno U. C. 1143. Chr. 390.

50 THEODOSIUS Hiſpanus ex urbe Italica a Gratiano Auguſtus nuncupatus ab anno uſque 379. ſolus imperat poſt Valentiniani junioris mortem. Imperator omnium virtutum laude cumulatus, & propterea Magnus dictus, MAGNUM MAXIMUM, qui ſe per 5. annos Auguſtum geſſerat, vincit, & capite plectit. Paucis poſt diebus FLAVIUS VICTOR a patre Maximo Cæſar dictus ab Arbogaſte necatur. Theodoſius prope Aquilejam EUGENIUM Tyrannum adgreditur, quem idem Arbogaſtes imperatorem fecerat, & prælio vincit, captumque jubet interfici. Mediolani hydrope laborans perit poſt annos 16. imperii, ætatis annorum 50. XVI. Kal. Februarii anno U. C. 1148. Chr. 395.

51 ARCADIUS, & HONORIUS Imperatoris Theodoſii filii, & ab eodem Imperatores electi, primus Orientis, alter Occidentis imperium ſuſcipiunt. Arcadius non diu imperat; annum agens trigeſimum primum Byzantii moritur, poſt regnum 13. annorum a morte patris, Kalendis Maji anno U. C. 1161. Chr. 408. Adverſus Honorium conſurgunt plures Tyranni, qui ſe Auguſtos gerunt, CONSTANTINUS in Anglia, JOVINUS, & SEBASTIANUS fratres in Galliis, & PRISCUS ATTALUS in Africa. Hos omnes per ſuos duces ſuperat, & neci tradit, excepto Attalo, quem in triumphum ductum Liparam relegat. Ex hydrope Honorius Ravennæ obit ætatis annorum 40. poſt regnum a morte patris annorum 28. VI. Kal. Septembris anno U. C. 1176. Chr. 423.

52 THEODOSIUS junior Arcadii filius imperium ſuſcipit, Pulcheria ſorore duobus tantum annis ætate majori ejus actus, moreſque di-

dirigente. Placidium Valentinianum ex ſorore nepotem Cæſarem primum, deinde Auguſtum creat adverſus Joannem ſcribarum primicerium, qui ſe dixerat imperatorem. Hunc Ravennæ opprimit, & neci tradit duce Ardaburio. Attila Hunnorum Rex imperium affligit, cum quo pacem haud honeſtam Theodoſius paciſcitur. Moritur Theodoſius Imperator pietate, & religione conſpicuus anno ætatis 50. quum annos 34. & menſes 11. a patris obitu imperaſſet v. Kal. Auguſti anno U. C. 1203. Chr. 450. Valentinianus III. Ætii, quem interfecerat, militibus occiditur ætatis annorum 34. menſium 7. dierum 28. poſt annos 20. menſes 4. dies 25. imperii xvi. Kal. Aprilis anno U. C. 1208. Chr. 455.

53 Marcianus in Illyrio humili loco natus, ſed militari ſcientia clarus ad imperium evehitur, Pulcheria Arcadii filia adnitente, quæ eidem nubet, pacta conditione ſervandæ virginitatis. Moritur Marcianus 65. annos natus poſt 6. annorum, & totidem menſium imperium menſe Februario, anno U. C. 1210. Chr. 457. In Occidente cæſo Placidio Valentiniano imperium uſurpat Anicius Petronius Maximus: qui tamen uſurpationis pœnas poſt 77. dies luit occiſus, & a populo laceratus pridie Idus Junias anni 455. Eodem anno vi. Idus Julii Mæcilius Avitus imperatoriam purpuram Toloſæ induit, ſed metu Ricimeri legionum Romanarum ductoris eamdem deponit, privatamque vitam agere conſtituit uno imperii anno vix expleto.

54 Leo gente Thracia ſuffectus eſt Marciano, Aſparis Alani opera, inita conventione, ut unum ex tribus filiis Cæſarem nuncuparet. Sed ſimultatibus ortis Leonem inter, & Aſparem jubet Leo Aſparem obtruncari. Moritur Leo poſt annos imperii 16. & menſes 6. menſe Januario anno U. C. 1227. Chriſti 474. declarato Imperatore Leone Zenonis filio, & Ariadnæ Leonis ſenioris filiæ, qui poſt 10. menſes decedit. Avito in Occidente ſuccedit Julius Majorianus Princeps magni animi, qui, dum bellum adverſus Genſericum parat, a Ricimere inſidiis petitus Dertonæ interficitur poſt 9. annos, & aliquot menſes imperii anno Chriſti 461. cui ſufficitur Libius Severus, qui imperat annos 3. & menſes 9. mortuus Romæ anno Chr. 465. Hunc excipit Anthemius poſt 5. annos, & 5. menſes regni, Romæ interfectus anno Chr. 471. A Ricimere ſubrogatur Anicius Olybrius, qui fato fungitur poſt 6. menſes ab aſſumpto imperio, paulo ante Ricimere extincto.

Gly-

Glycerius imperium Ravennæ occupat, ſed poſt annum, & menſes 3. imperio dejectus Epiſcopus conſecratur.

55 Zeno Iſaurus a filio Leone juniore Auguſtus creatus, imperium ſtatim obtinet, e vivis filio acerba morte ſublato. Basiliscus Zenonem Conſtantinopoli expellit, ſeque Auguſtum, & filium Cæſarem dicit. Poſt 20. menſes Zeno Conſtantinopolim recuperat, & Baſiliſcum cum uxore, & filio fame enecat. Epilepſia correptus obit, vel potius inter mortuos ſepulchro clauditur poſt annos 17. & menſes 3. imperii, ætatis annorum 65. cum 9. diebus, menſe Aprili anno U. C. 1244. Chriſti 491. In Occidente ſubmoto Glycerio Julius Nepos imperium capit, ſed Oreſtes cogit illum in Dalmatiam ſe recipere poſt annum, & menſes 3. imperii, ubi anno Chriſti 480. interficitur. Oreſtes imperio potitus Ravennæ imperatorem conſtituit Romulum, quem alii Momylum, & Auguſtulum dicunt, qui poſt annum imperii, ab Odoacre Erulorum rege, occiſo Oreſte Placentiæ, imperio depulſus in Campaniam relegatus eſt anno U.C. 1229. Chr. 476. quo anno imperium Romanum poſt 507. annos a pugna Actiaca in Occidente finem habuit.

56 Anastasius Dyrrachii natus ope Ariadnæ Zenonis viduæ Imperator eligitur, quam mox uxorem ducit. Longinum Zenonis fratrem affectantem regnum prælio vincit, & perimit. Sollicitus de ſucceſſore dicitur tres juſſiſſe lectos ſterni, vocatiſque tribus nepotibus Pompejo, Probo, & Hypatio ad ſecum prandendum, in uno lecto ſub culcitra occultaſſe coronam, quæ imperium ab ipſo ei tradendum indicaret, qui in illo cubaſſet, verum duobus ſimul in uno lecto conſidentibus vacuum remanſiſſe, cui impoſita corona; & ſpe fruſtratum. Fulmine ictus perit anno ætatis nonageſimo cum 5. menſibus VII. Idus Julii anno U.C. 1271. Chr. 518. poſt regnum 27. annorum, menſium 3. & dierum 3.

57 Justinus Thrax abjectiſſimi generis, quod tamen claritate pietatis illuſtravit, inter prætorianos ſub Leone ſcriptus Imperium obtinet, mortuo Anaſtaſio. Catholicam fidem promovet, & præſules ab Eccleſiis ſub Anaſtaſio expulſos reſtituit. Ex vulnere olim accepto, & male adglutinato ſenex moritur annorum 77. quum imperaſſet annos 9. & menſem 1. Kalendis Auguſti anno U.C. 1280. Chriſti 527.

58 Justinianus Juſtini ex ſorore nepos paucis ante mortem menſibus ab avunculo adoptatur, & conſors imperii fit. Plurima

bella

bella gerit in Africa, in Italia, in Perſide ſub egregiis ducibus Beliſario, & Narſete. Gothicæ gentis regnum in Italia, quod 77. annis duraverat, ſub Juſtiniano deſinit. Imperator non minus belli artibus, quam ſtudiis pacis præclarus, devictis hoſtibus, & collectis Principum edictis, & Juriſconſultorum reſponſis obit annos agens 83. poſt regnum annorum 39. menſium 7. & dierum 17. XVIII. Kal. Decembris anno U. C. 1318. Chriſti 565.

59 Justinus junior ex Juſtiniani ſorore filius a Juſtiniano adoptatus Imperium capeſſit. Longobardi a Narſete vocati Italiam invadunt, & novum regnum conſtituunt, Ravenna juris græcanici ſola ſuperſtite, quam Exarchi in fide retinent. Deſignato Tiberio ſucceſſore obit Juſtinus IV. Nonas Octobris anno U. C. 1331. Chr. 578. poſt annos imperii 12. menſes 10. dies 20.

60 Tiberius Constantinus genere Thrax, comes Excubitorum Juſtino juniori ſuccedit. Imperator prudens, benignus, & ſtrenuus duabus de Perſis reportatis victoriis tabe conſumptus moritur poſt 3. annos imperii, menſes 10. & dies 8. anno U. C. 1335. Chriſti 582.

61 Mauricius Tiberius Cappadox ob egregiam navatam operam in bello Perſico, a Tiberio ægrotante Imperator declaratur, cujus filiam Conſtantinam in uxorem ducit. Magna accepta clade ab Avaribus, quum renuiſſet minimo pretio redimere plura militum captivorum millia, quæ ab iiſdem trucidata ob id fuerunt, pœnas immanis avaritiæ ſolvit trucidatus & ipſe una cum filiis a Foca ad finem Novembris anno U. C. 1355. Chr. 602. quum imperaſſet annos 20. & menſes 3.

62 Focas militum centurio ex Thracia, in militari tumultu Imperator dicitur, qui regnum auſpicatur a cæde Mauricii, ejuſque gnatorum. Victus a Perſis, omnibus odio ob ſævitiam habitus, a ſuis proditus, & ab Heraclii militibus captus ignominioſe occiſus eſt poſt 8. annos imperii IV. Nonas Octobris anno U. C. 1363. Chr. 610.

63 Heraclius Heraclii Africæ Præfecti filius, occiſo Foca Imperator pronunciatur, & a Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano, imperatorio diademate coronatur. A Perſis victus, mox vices rependit, eorumque copias delet. Vivificæ Crucis lignum, quod Choſroes in Perſidem Jeroſolymis captis adſportaverat, a Siroe Choſrois filio recuperat, & Jeroſolymis reſtituit. Heraclio imperante Muhammetes infandam Turcarum ſectam inſtituit. Moritur Imperator quum

quum regnaſſet annos 30. menſes 4. & 6. dies ex aqua intercute III. Idus Februarii anno U. C. 1394. Chr. 641.

64 CONSTANTINUS III. Heraclii filius patrem conſequitur in imperio, ſed quarto menſe a Noverca veneno tollitur, cui ſuccedit *Heracleonas*, quem Senatus auribus amputatis dehoneſtat poſt 6. menſes, & in exilium mittit. CONSTANS Conſtantini filius, Heraclii nepos Imperator renunciatur. Contra Saracenos infeliciter pugnat. A Longobardis victus, Roma expilata, in Siciliam ſe recipit, & Syracuſis in balneo a ſuis occiditur 27. anno imperii, U. C. 1421. Chriſti 668.

65 CONSTANTINUS IV. Conſtantis filius, *Pogonatus* dictus, hoc eſt *Barbatus*, Saracenos pluribus præliis fractos ad paciſcendas 30. annorum inducias cogit. Pacem a Monothelitis turbatam Eccleſiæ reddit, & 17. imperii anno ad initium Septembris moritur anno U.C. 1438. Chriſti 685.

66 JUSTINIANUS II. Conſtantini filius Patri ſuccedit. Popularibus odio habitus Conſtantinopoli, & ſolio ejicitur, naribus obtruncatis. LEONTIUS Patricius illi ſubrogatur, & Leontio TIBERIUS ABSIMARUS, qui imperat annos 7. Juſtinianus ope Bulgarorum Conſtantinopolim recipit facto ſibi in urbem aditu per aquæductus. Leontium, & Tiberium obtruncat: idemque a Philepico ſucceſſore obtruncatur anno ætatis 42. quum imperaſſet ante ejectionem annos 9. & poſt reſtitutionem 6. anno U. C. 1464. Chr. 711.

67 PHILEPICUS Bardanis Armeni filius imperium occupat. Dum negligit imperii regimen, a conjuratis arreptus imperio, atque oculis privatur poſt duos annos regni. Hunc excipit ANASTASIUS, Artemius antea dictus, qui a ſecretis erat Filepico; ſed poſt 2. annos, poſitis imperii inſignibus, imperium cedit THEODOSIO Adramitteno, qui pari exemplo illud idem Leoni Iſaurico cedit poſt annum circiter imperii, & inter clericos adſcribitur anno U. C. 1470. Chriſti 717.

68 LEO Conon dictus ex Iſauria a militibus Imperator dictus in regia urbe coronatur. Primus ſacrarum imaginum oſor in defenſores eorumdem atrociter ſævit. Roma ab ejus tyrannide ſe ſubducit, & Gregorii II. tutelæ ſe addicit. Moritur Leo ex inteſtinorum dolore poſt 24. annos, & 3. menſes imperii, XIV. Kal. Julii anno U. C. 1494. Chriſti 741.

69 CONSTANTINUS V. *Copronymus* dictus, quod ſordibus

aquam baptiſmi fœdaverit, Patri ſceleſto ſceleſtior filius ſuccedit. ARTAVASDUM Imperatorem dictum capit, atque excæcat. Furit in ſacrarum imaginum cultores. Lethali morbo correptus obit poſtridie Idus Septembris anno U. C. 1528. Chriſti 775. ætatis annorum 57. imperii anno 34.

70 LEO Filius, paternæ impietatis hæres ſuccedit. Dum coronam gemmis gravem a Mauricio in majori Eccleſia dicatam impius Imperator capiti imponit, obortis capiti extemplo carbunculis, ardenti febre correptus, extinguitur poſt 5. annos imperii, ætatis annorum 30. anno U. C. 1533. Chriſti 780.

71 CONSTANTINUS VI. Leonis filius, & Irenes ſub matris tutela imperium adit. Cultum ſacris imaginibus reſtituit. Matris potentiæ pertæſus illam ab aula expellit; ſed quum juvenili petulantia rem publicam adminiſtrat, matris publicæ adminiſtrationi reſtitutæ juſſu excæcatur, & paulo poſt moritur, poſt 17. annos imperii anno U. C. 1550. Chriſti 797.

72 NICEPHORUS Seleucia oriundus Irenen ex imperatorio ſolio deturbata, quod per quinquennium a morte filii tenuerat, Imperio Orientis potitur, relicto Occidentis Imperio Carolo Magno, quem Imperatorem declaraverat anno Chriſti 800. Leo III. Pontifex Maximus. A Bulgaris in acie cæditur poſt 9. annos, & totidem menſes imperii, VII. Kal. Auguſti anno U. C. 1564. Chriſti 811.

73 MICHAEL Rhangabe, Stauracio Nicephori filio in pugna vulnerato, & paulo poſt extincto, Imperator declaratur. Vir pacis ſtudioſus, audita Leonis electione, imperium illi poſt duos annos regni ſponte cedit. LEO V. Armenus, in exilium pulſo Michaele, imperium arripit vir impius, & crudelis. Poſt 7. annos imperii, & totidem menſes ipſo Dominici natalis die inter ſacra trucidatur, anno U. C. 1573. Chriſti 820.

74 MICHAEL, impedimento linguæ *Balbus* dictus, e carcere eductus ex improviſo Imperator renunciatur. Homo impius, & hoſtis atrox literatorum, & literarum Conſtantinopoli obſeſſus a Thoma quodam, qui collecta multitudine gentium jam pene omnem Aſiam obtinuerat, ope Bulgarorum a diſcrimine imminenti urbem, ſeque ſubducit, ſed Cretam a Saracenis, Siciliamque capi ſinit, pluresque Dalmatiæ urbes deficere. Ex urinæ ſuppreſſione perit, quum annos 8. & menſes 9. imperaſſet, anno U. C. 1582. Chr. 829.

75 THEOPHILUS Michaelis filius obtinet imperium Patris. Catholicos

cos ſacrarum imaginum cultores non ſecus ac Pater atrociter perſequitur. Bellis cum Saracenis modo adverſo, modo ſecundo marte geſtis, ex diſſenteria moritur poſt annos 12. & menſes 3. imperii anno U. C. 1595. Chiſti 842.

76 MICHAEL III. Theophili filius cum matre imperium regit. Inſtigante Barda Theodoram matrem, virilis animi fœminam in ordinem redigit. Bardam ipſum interficit, & Cæſarem Baſilium dicit, qui ſibi timens, dum illum a ſceleribus revocare ſtudet, temulentum trucidat. Imperavit Michael cum matre annos 15. & menſes 8. ſolus 11. cum Baſilio annum unum, & menſes 4. VIII. Kal. Octobris neci traditus eſt anno U. C. 1620. Chriſti 867.

77 BASILIUS MACEDO poſt Michaelem imperium tenet annis 19. Imperium in exitium prolabens ſuſtinet; Catholicam religionem tuetur, Ignatium ſuæ ſedi Conſtantinopolitanæ a Photio occupatæ reſtituit, quem tamen, Ignatio extincto, in eamdem ſedem inducit. Moritur anno U. C. 1639. Chriſti 886.

78 LEO Sapiens Baſilii filius imperium, quod ei Pater moriens reliquerat, adit. Studiis philoſophiæ, atque aſtrorum ſcientiæ addictus in re militari minus doctus infeliciter pugnat cum Bulgaris primum, deinde cum Saracenis. Obit V. Idus Maji anno ab U. C. 1664. Chriſti 911. quum imperaſſet annos 25. menſes 2. dies 10.

79 CONSTANTINUS VII. Porphyrogenitus Leonis filius imperium accipit adhuc infans; ejuſque tutelam gerit *Alexander* tertius Baſilii filius. Mortuo Alexandro ROMANUS LECAPENUS non ſolum Conſtantini curam agit, ſed ipſe conſors imperii factus CHRISTOPHORUM filium Auguſtum creat; & Conſtantinum aſpernatur. Amiſſo Chriſtophoro duos alios filios STEPHANUM, & CONSTANTINUM Imperatores appellat. Poſt 23. annos imperii ſive ſuo nomine, ſive Conſtantini nomine adminiſtrati a regia aula expellitur, & in inſulam Proten deportatur; paulo poſt ejiciuntur etiam ejus filii Stephanus, & Conſtantinus; & ſolus imperat Conſtantinus legitimus Imperator, qui primum literis, deinde ſocordiæ, & ebrietati indulget; & anno ætatis 54. fortaſſe veneno per filium ſubmiſſo perit V. Idus Novembris anno U. C. 1712. Chriſti 959.

80 ROMANUS junior Conſtantini Porphyrogeniti filius, & Helenæ Romani Lecapeni filiæ anno ætatis 21. imperium init. Ipſe mollis, & luxui datus per ſuos duces Saracenos vincit, quibus inſulam Cre-

tam eripit. Moritur poſt 3. annos, & menſes 4. regni, anno U. C. 1716. Chriſti 963.

81 NICEPHORUS FOCAS Bardæ Focæ Patricii filius a militibus Imperator declaratur. Imperium ſordide adminiſtrat, ſed rem militarem præclare obit, Saracenos non uno in prælio profligat, pluresque illis urbes adimit. Moritur Conjugis Theophanonis, & Joannis Zimiſcæ inſidiis oppreſſus III. Idus Decembris poſt annos 6. regni, menſes 5. & dies 9. anno U. C. 1722. Chriſti 969.

82 JOANNES ZIMISCES ſublato Nicephoro imperatorium thronum aſcendit, in exilium pulſis Nicephori cædis conſciis, id mandante Polieucto Patriarcha, qui, niſi id faceret, coronare illum renuebat. *Theodoram* uxorem ducit, Conſtantini filiam, & ſororem Romani, cujus filios *Baſilium*, & *Conſtantinum* in conſortium vocat imperii. Bulgaros, & Ruſſos vincit, & Conſtantinopolim triumphantis in morem ingreſſus B. Mariæ Virginis imaginem ſpoliis hoſtium impoſitam quadrigis per urbem devehit. Veneno a Baſilio cubiculario porrecto pius Imperator moritur in expeditione adverſus Saracenos ſuſcepta pridie Nonas Decembris anno U. C. 1728. Chriſti 975. poſtquam 6. annos, menſeſque totidem imperaſſet.

83 BASILIUS, & CONSTANTINUS fratres Romani junioris filii paternum imperium recipiunt Zimiſce extincto. Baſilius plures pugnas feliciter pugnat cum Bulgaris. Quindecim millia Bulgarorum capta excæcari jubet, quæ ad Samuelem eorum regem remittit, ſingulis centuriis uno monoculo præeunte. Horum aſpectu perterrefactus Bulgarus paulo poſt extinctus eſt. Moritur Baſilius ætatis annorum 70. poſt 50. annos imperii: & poſt 3. annos moritur Conſtantinus menſe Novembri anno U. C. 1781. Chriſti 1028.

84 *Romanus III. Argyrus* deſponſata ſibi Zoe Conſtantini filia imperio potitur. Zoe, quæ Michaelis connubium appetit, viro inſidias ſtruit, quibus opprimitur poſt imperii annos 5. & menſes 6. anno U. C. 1787. Chriſti 1034. *Hujus, atque eorum, qui nunc ſequuntur, Imperatorum ad Iſaacium Comnenum uſque, nummi curioſis non innoteſcunt.*

85 *Michael IV. Paphlago* ab Zoe ad imperium evectus eamdem in uxorem ducit. Valetudine perdiu infirma uſus, ſaniora conſilia capiens imperium dimittit 7. imperii anno cum 8. menſibus, & in monaſterium ſe recipit, ubi paulo poſt occumbit anno U. C. 1794. Chriſti 1041.

Mi-

86 *Michael V. Calaphates* Zoen, quæ illum ad obtinendum imperium juverat pacta pro ſe titulum Auguſtæ, in ordinem redigit paulo poſt imperium ſuſceptum, detondet, & in inſulam deportari jubet. Sed illa populi ſeditione revocata Michaelem oculis privat, atque imperio, poſt 4. menſes, & dies 5. anno U. C. 1795. Chr. 1042.

